BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 C
10

13-22.d.38

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS
SANCTÆ
INQVISITIONIS.

Digitized by Google

DE

IVDICE

S. INQVISITIONIS OPVSCVLVM.

A. R. A. P. F.

IOANNE BAPTISTA

N E R I

Ordinis Minimorum, S. FRANCISCI de PAVLA, S. Theologiæ Lectore Iubilato, ac Iuris Canonici Profeſſore Compilatum, &

S E R E N I S S.

COSMO III.

MAGNO ETRVRIÆ DVCI

Ex Corde Dicatum.

FLORENTIÆ, M. DC. LXXXV.

Ex Typographia Petri Matini, ſub Signo Leonis.

Superiorum permiſſu.

Ad usum Theologi S. Penit:riæ pro temp:re

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISS. COSMO TERTIO D. G. MAGNO ETRVRIÆ DVCI SEXTO.

ETſi rude hoc de *Sanctæ Inquiſitionis Iudice Opuſculum ad aliam, quam Cleantis, elucubratum Lucernam, Magne Dux Sereniſſime, Tibi proprio iure ſiſtendum fuiſſet, ac nuncupandum; id tamen & præcipuè de cauſa exiſtimaui faciendum, quod Principum, vt Tù, fere nemo Religionis officia colere, & Ortodoxæ Fidei prouehere ſtudeat incrementum, ratus, a Te minime deſpiciendum vindicem impietatis libellum.*

Ad tuas igitur aduolutus humi plantas accedo venerabundus, & enixè deprecor, vt Tuo non tam decorare Nomine

VA

mine

Digitized by Google

mine, quam præmunire non dedigneris Opuſculum. Quod Nomen ſi fronti præſerat, quis eſt, qui neſciat in tanto Principis Patrocinio ſummum fore præſidium? Si verò, Salua Principis dignitate, & ſine grauiorum iniuria curarum, oculos puxillum deflexeris, nec reprobaueris, iactantior ibo, & ſecurus, quin detractorum nemo, & inuidorũ nemo audeat inficere, cum tantus non reiecerit Princeps, cuius Vita integerrima, eſt reliquorum cenſura.

Bonitas igitur Sereniſs. Celſitudinis Tuæ ſuſcipiat obſecro, non prò gloria mea cui velut vmbra fugere eſt, & prò qua nunquam laborare conſtitui, ſed prò, quæ permanet, & prò quà ſudaſſe decorum eſt, publica vtilitate; Huic nanque, & Tibi duntaxat huiuſce tanquam vtilitatis fautori laborem meum addico; ſic etenim mancipatus labor procul erit ab ambitionis vitio, ab omnique defectu. Quidni? ſub tali, ac tam feliciſſimo auſpicio Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ omnis felicitas inuenitur.

Et fouet, & fauet, atque malum omne medetur, & arcet. Huic interim, ac tantæ Tuæ ſiſus Amplitudini quam veneror pronus, & cui iugiter, vt [illegible]is faueat, oro, laborem meum vndequaque perfectum fore confido. Vale.

Datum Florentiæ Die 31. Martij 1685.

Humill., Addictiſs., & Obſequentiſs.
Seruus
Fr. Io: Baptiſta Neri Ordinis Minim.
S. Franciſci de Paula.

AV-

AVCTOR

Lettori beneuolo Salutem.

DE Iudice S. Inquiſitionis ad ſcribendum me compoſui quia etiam ſi multi; multa in hac materia dixerint diffusè, tamen ita ſcripſere; vt non ſine magno labore ab eis certus modus in Cauſis procedendi, inueniri poſſit. Ego in re iſta peragenda, cordi præſertim fuit cum breuitate claritates, certaque doctrina. Ideo comuniores, rationique magis conſonas opiniones, reliquis prætermiſſis, ſequtus tantumodo ſumi non me latet, quod hæc mea opella ab quam plurimus cenſurabitur, ſed quis eſt ille, qui omnibus ſatisfacere poſſit, ſi vt plurimum, nemo ſibi ipſi ſadisfacit? mihi vero nihil optabilius, nihilque iucundius eſſet; ſi hæc a me (quæcunque illa ſint; accuſarentur) ab aliquo viro docto, quoniam talis illa repræhendendo, vel illa impugnando, fortè darent in luce ea quæ me latent; Lege ergo tu hilari

vultu

vultu, quæ ego ſudore conſcripſi, & meæ inbecillitati parce, ſi autem benè locutus ſum (quod non affirmo] da gloriam Deo, quoniam omne bonum ab ipſo deſcendit, ſi malè, recordare quod omnis homo mendax, polliceor enim tibi, [diuino auxiliante Numine quæſtiones principales primæ partis diui Thomæ tradere] ſed non omnes, eo quia ars longa, vita breuis, & ſenectus iam grauiter me occupat; vale, & ingenioli mei tenuitati condona.

MO-

Digitized by Google

A. M. D. G.

Adm. R. P. Io: Baptiſtæ Neri a Petra Sancta Ordinis Minimor. S. FRANCISCI de PAULA Lectori Iubilato, & huiuſce Operis Authori Solertiſſimo Plauſus.

CLio, Sereno pectinis alite
Impelle doctum ſedula barbiton:
Aſſurge: Nerium Camænis
Flora tuis vovet æqua nutrix.
Dudum Libellos providus edidit,
Quos auxit altis Arnus honoribus;
Victorq; ſurrexit labori
Munera parturiente prelo.
Occulta novit Crantore doctior
Arcana tuta mente retexere;
Sibique quod natura fecit,
Ingenio penetrale vidit.
Brevi redegit iura ſub ordine,
Queis Lector eſſet cautior; & ſcelus
Vitaret, ultrices timendo,
Iuſtitia minitante, pęnas.
Typis recentem prodigus obtulit
Rurſus laborem pluribus utilem,
Inæſtuantes qui prophanæ
Hæreſeos tumulabit ignes.
Dum quidquid artis longa volumina
Servant, modeſtum contrahit in librum,
Æterna veras fama laudes
Nobiliore parat cothurno.

✠ *V. G.*

AD

EVNDEM

Qui librum nuper de Philoſophicis, diſciplinis, Iuriſque Inſtitutiones, noviſſimè tandem Sacræ Inquiſitionis Praxim edidit.

EPIGR.

POſthma qui triplici merce te paciſceris emptor
Sæcula, funereos nè vereare rogos.

Fama Sepulcrali redivivum è marmore Nomen
Eximet, extentos te duce nacta dies.

Scilicet Ingenij manſuro fœdere Proles
Tergeminum evincet fata ſuperſtet opus.

Iura homines inter decus, & natura rependent,
Cuius Tu arcanas OEdipe pandis opes.

Neù ſolum anguſto celebreris limite Mundi,
Vendicat hæreſeos hydra ſubacta Polum.

L. N. M.

TIPOGRAPHVS AD LECTOREM.

MOnitum te volo Lector amice, errata non nulla corrigenda quæ conſiſtunt in defectu componentis in numeratione Capitulorum vt apparet pagina 120. *vbi legitur* 12. *& debet legi. Caput.* 22. *& pagina* 121. *legitur Cap.* 13. *debet leg. Cap.* 23. *pagina* 123. *legitur Cap.* 14. *debet legi Cap.* 24. *pag.* 129. *legitur Cap.* 15. *debet legi Cap.* 25. *ſi aliqui ſunt errores in aliquibus litteris, parui momenti erunt; quare benigne Lector omnia tuæ prudentiæ, ac pietati remitto, nec mireris, quod de aliquibus, litteris, punctis, virgulis, &c. mentionem non faciam, quia ego Curro Iuſta Legem, de minimis non curat Trator, ſicut puto, te non eſſe in hac re de me admiraturum Vale, &c.*

Laus Deo, Trino, & Vno, Beatæ Virgini Mariæ ac S. P. Franciſco de Paula, & omnibus Sanctis.

MODVS, AC REGVLA

Breuis Procedendi

IN CAVSIS SANCTE

INQVISITIONIS.

CAuſæ quæ accidunt in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, aut ſunt Hęreſiæ, aut ſuſpicionis eiuſdem, quare Delinquentes, aut ſunt Hæretici, aut de Hæreſia ſuſpecti; duobus modis conſiderantur; nempe, primo vt præuenti in Iudicio, ex ſufficientibus indicijs, ſecundo vt ſponte comparentes, qua propter, ſiue de primis, ſiue de ſecundis, quomodo contra eos procedendum ſit in hoc Trattatulo breuiter, agam.

CAPVT PRIMVM

De Hæreticis Præuentis.

1. AD intelligentiam huius Capituli ſciendum eſt, quod aliqui Hæretici vocantur poſitiui, & alteri negatiui vocantur, contra primos dum pręcedunt legittima inditia; quorum rigor non tantum in numero conſiſtit, ſed magis in qualitate teſtium, & denunciantium, qui omnes exceptionem habere non debent, & præcipuè inimicitiæ capitalis in veriſimilitudine facti, & in qualitatibus perſonæ denunciatæ; proceditur ad perquiſitionem ex libris, & ſcripturis, nec non

Digitized by Google

ad Capturam, & ſi in conſtitutis illis factis fatentur ſe adhæſiſſe, vel adhærere ex corde hæreſibus, de quibus imputati ſunt (quia in hoc conſiſtit formalitas hęreſis) & habent reſipiſcere; fit vt abiurent de formali, aut in publico, ſi ita requirit qualitas, & circumſtantia materiæ, & caſus, nec non qualitas perſonæ, aut in priuato & condemnatur pęnis, quibus condemnantur hęretici, quę eſt recludi in carcere formali in perpetuum, & inſuper imponuntur eis pęnitetię ſalutares ad arbitriū.

2. At quando ſunt impęnitentes, & nolunt reſipiſcere aſſignatum congruum eis tempus ad reſipiſcendum, in quo medijs viris prudentibus, & pijs quæritur vt deueniant in cognitione Catholicæ veritatis, & tranſacto primo termino, ſi adhuc in ſuo errore perſiſtant, alius terminus aſſignatur, vel alijs, quo vel quibus tranſactis, ſi in ſua pertinacia manent, traduntur brachio ſeculari, ſicut fit etiam de Hæreticis pęnitentibus aliquando, nempe quando ſunt relapſi, & in tali caſu non fiunt abiurationes; ità Criminaliſtæ de hac materia tractantes videantur Symanch cath. inſt. tit. 47. n. 9. & 11. Pegn. par. 3. comm. 44. ſub litera F. Ludouicus à Paranno de orig. S. Offic. lib. 1. tit. 2. cap. 4. & 5. Farinacc. de hæreſi, quæſt. 103. n. 91. & ſequitur Fernandez de Otero d. quæſt. 13. verum vnum eſt, quod mitiùs puniuntur, qui à principio carcerationis ſuum delictum fatentur, quam illi, qui fatentur ſuum errorrem poſt publicationem atteſtationum, Symanch vt ſpra tit. 47. n. 28. & ſeq.

3. Hæreticus negatiuus eſt ille, qui à ſufficienti numero teſtium, qui ſunt omni exceptione maiores, & inſuper conteſtes ſunt, inditiati ſunt tenere, dicere,

atque

atque credere hæreſes; & quamquam conuincti ſint, ipſi tamen negant; In iſtis cauſis, quæ rarò in Sancto Tribunali accideræ ſolent, Reuerendiſſimi Inquiſitores procedere ſolent magna maturitate, atque diſcretione, & maxima dificultate; atque pedetentim tales negatiuos hæreticos declarat; at quando talis declaratur, traditur brachio ſeculari, tamquam hæreticus impenitens; eo quia hæreſis in ipſo probata eſt plene, ac legitimè, & Ecleſiæ conſtat illum hæreticum eſſe; Impenitens diceretur, quia non vult fateri, ac deteſtare ſuos errores; & quamuis diceret ſe credere, & veram Fidem tenere, adhuc non ſatisfaceret, quia ſignum veræ penitentiæ eſt erroris confeſſio, & deteſtatio eiuſdem; vſq; dum non fatetur ſe erraſſe, prout concludenter probatum fuit à teſtibus, &c. meritò pro impenitente habetur; ita definiuit Concilium Bituricenſ. cap. 678. & Concilium Narbonenſ. cap. 26. & antiqua deciſio Rotæ tit. de hæreticis. Sequntur omēs DD. & praxis. Videatur Pegna in directorio 3. p. comment. 48. pag. 525. qui à citata deciſione totam hanc deducit doctrinam, cum requiſitis quinque neceſſarijs ad condemnandum hæreticum negatiuum.

4. Primum requiſitum eſt, vt ſit conuinctus de hereſia formali, & non de aſſertione ſcandaloſa temeraria, maleſonante, aut ſimile.

5. Secundum requiſitum eſt, vt verba hæreticalia ſint certa, clara, & non dubia, aut ambigua, ſed vt non poſſint habere alium ſenſum, quàm hæreticum.

6. Tertium requiſitum eſt, vt de tali errore ſit à teſtibus probatis conuinctus, ideſt à teſtibus legitimis, idoneis, & vt ſint omni exceptione maiores, atque vt ſint conteſtes.

7. Quartum requiſitum eſt, vt dictum, vel factum hæreticale, quod etiam à factis hæreticalibus iudicari poteſt, aliquem hæreticum eſſe; de quibus factis tractat Pegna loco ſupra citato, oportet tamen, vt delictum ſit recens, & non antiquus, itaut debeat veriſimiliter poſſe credi, vt reus de illo memoriam habeat.

8. Quintum requiſitum eſt, vt reus ſit conuinctus dixiſſe, ſe credidiſſe talem hæreſim, quæ illi opponitur, & quod debeat, etiam ab alijs credi, quomodo creduntur ab ipſo.

9. Aduerto tamen ex Galderico Gallino libro 5. §. hæreſis, quod licet aliquando fuerit deciſum, quod ſi aliquis imputatus, & conuinctus de hæreſi, puta quod dixerit, ſiue tenuerit aliquod hæreticum, & contra Fidem Sanctæ Ecleſiæ, & paratus ſit abiurare hæreſim, & fateri illam opinionem eſſe hæreticam, & erroneam, nolit tamen fateri, quod ita dixerit, aut crederit, ſed aſſerat ſe credere quod credit Eccleſia; non eſt admittendus ad abiurationem, vſque dum fateatur, prout contra ipſum conſtat; immo ſi eſt conſtans in negatione tanquam impenitens eſt igne cremandus.

10. Verum eſt quod hæc opinio rigoroſa videtur, quando non appareat pertinax in errore, atque adeo nec hæreticus in extrinſeco ſaltem; id circo totum remittendum eſt, ſicut ego remicto determinationi S. M. Ecleſiæ Romanæ.

11. Bene verum quod ſi hæreticus nollet facere emendam, hempe incedere cum aliquo ſigno, ad quem eſſet condemnatus, ſi vna cum ipſa contumacia, concurrerent aliquæ aliæ coniecturæ, per quas appareret illum, adhuc non bene ſentire de Fide, & Ecleſia Ca-

tholica

tholica Romana; in tali caſu ferè videtur dicendum hunc talem tamquam verè relapſum, eſſe tradendum igni ad comburendum; ſed non ſtatim, ſed poſt multas exorationes ipſi à pijs viris factas, vt ad Fidem veram reuertatur, quod ſi pęniteat, admittendus eſt ad reconciliationem. Ita Iul. Clarius in ſua Pract. Crimin. ſequitur Galderic. Galinus fol. 57.

12. Bona verò condemnatorum de crimine hæreſis, nedum ſunt ipſo Iure confiſcata; ſed ipſehęreticus ſtatim à die cōmiſſi criminis amittit adminiſtrationem omnium bonorum ſuorum; & ſi fuerit beneficiatus amittit beneficium, & omnia bona ſua de Iure Canonico applicantur Ecleſiæ, in qua eſt beneficiatus: ſi verò beneficium non habet, Fiſcho aplicantur Ecleſiæ Cathedralis; ſi verò eſt Laicus debentur Fiſcho ſeculari, in quo ſtandum eſt conſuetudini lochorum; ita DD. vt in n. antecedenti.

13. Et ſi regulariter bona damnatorum conſeruentur filijs. Bona tamen Hæreticorum confiſcantur etiam filijs exiſtentibus ipſorum hæreticorum.

14. Aduertendum eſt etiam; quod propter hæreſim ſeparatur matrimonium, vt dixi cum de matrimonio, in meo Commentario ſecundi libri Iuris Canonicæ inſtitutionis, at ſi talis hæreticus ad Fidem reuertatur Vxor eius tenetur redire cum illo, niſi velit ingredi Religionem,& ſi ſeparata fuerit iudicio Ecleſiæ poteſt ingredi Religionem, nec tenetur ad Virum redire.

15. Pęnæ, quæ ſunt impoſitæ filijs hæreticorum non comprehendunt filios natos ante errorem commiſſum hæreſis, ſed eos tantum qui poſt delictum patratum nati ſunt; ita DD. citati ſupra n. 12.

16. Ad probandum contrà hæreticos ſufficiunt minores probationes, quàm in alijs criminibus, non ſolum ad inquirendum, ſed etiam ad faciendam plenam probationem criminis.

17. Noto vnum, quod ſcilicet contrà hæreticos defunctos poteſt inquiri, & eorum memoria damnari, & non ſolum hoc contrà hæreticos conuinctos verum eſt; ſed etiam valet contra de hæreſi ſuſpectos, aut præſumptos, videlicet de illis, qui citati cauſa Fidei fuere contumaces per annum, & deinde mortui ſunt.

18. Et ſi Papa non poſſit accuſari de aliquo crimine, poteſt tamen de crimine hæreſi; quod Deus non permittat, accuſari, atque condemnari.

19. Qui verum ſolum corde deuiat à Fide Catholica, non tamen, verbo, ſcripto, aut facto, aliquod ſignum hæreſis oſtendit, non incidit in pęnam excomunicationis, neq; in alias pęnas à Iure hęreticis impoſitas, quia Ecleſia non judicat de occultis, Galderic. Galinus Gerundanſis in ſua Pract. crimin. pag. 39. col. 1.

20. Inuocatio Demonum diſtinguenda eſt; vel fit ad hoc, vt quis ſciat futura, & hoc ſapit hæreſim manifeſtam, quia tribuitur Diabulo, id quod eſt proprium Dei, nempè futura præſcire, aut fit ad mulieris pudicitiam tentandam, & ſimilia, & hoc non ſapit hæreſim, quia aduocatur Diabolus ad id quod proprium Diaboli eſt, cum ipſe ſit tentator animarum; & in hoc ſecundo caſu Iuriſditio etiam ſpectat ad Inquiſitores, & ad Ordinarium, quia in tali crimine poteſt eſſe tam Secularis, quàm Ecleſiaſticus, nam tale delictum eſt communis fori, in qua re ſeruanda eſt conſuetudo locorum, meo videri. Proceditur verò

contrà

contrà iſtos delinquentes, licèt de Iure cum vltimo ſupplicio, & confiſcationis bonorum; de conſuetudine tamen proceditur contrà iſtos, vel pęna fuſtigationis, aut ducuntur in publicum cum mitria depicta in capite, & deinde eiciuntur.

CAPVT SECVNDVM.

De Hæreticis ſponte Comparentibus.

1. SPontè comparentes dicuntur illi, qui ſe præſentant ex ſua libera voluntate Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, nullo contrà eos præcedente indicio, & ſe accuſant, ſe incidiſſe in hæreſim, eo quia crediderunt aliquid contrà Fidem, proteſtando ſe velle deteſtare, & abiurare, nec non velle amplectere Fidem S. Eclefiæ Romanæ, & fiunt abiurare de formali, iuxtà formam præſcriptam, quæ datur eis, cum clauſula citrà pęnam relapſi, ſi ſunt etatis minoris viginti quinque annorum, ſed ſine iſta clauſula, ſi ſunt minores, quibus impoſita pęnitentia ſalutari dimictuntur.

2. Qui ſi ſunt filij hæreticorum, tam matris, quàm patris, & in hæreſibus educati, aut nati ex catholicis, & etiam in Fide Catholica inſtructi, ſed poſtea ſubuerſi, ac ſeducti. Primi in ſua depoſitione, quem contrà ſe ipſos faciunt, ſolent interogari, an ſciant quod in locis Catholicorum ſint aliqui hæretici, & quatenus, &c. queritur de eorùm nomine, patria, cognomine arte, &c. & fit vt deſcribant perſonam illorum. Secundi autem interrogantur diligenter ſuper ſubuerſores, ſequaces eorum, ac complices, faciendo etiam illis alia interrogatoria, ſecundum cauſæ quali-

qualitatem. Primis ſolebat dari atteſtatio authentica eorum abiurationis, & reconciliationis cum Eclesia; ſed quia inuentum eſt, quod vt plurimum ſunt perſonæ vagabundæ, & petulantes, de tali gratia ſe inſeruiebant ad malum, mutuando ſibi inter ſe tales atteſtaiones, vt illas vendendo, mutato ſibi nomine, aut nomina, vnum pro alio, aut illas pignorando in Cauponis, cum alijs indignitatibus: Propterea Sacra Congregatio tales atteſtationes prohibuit, niſi pro aliqua iuſta cauſa, &c. ſed ſcribantur litteræ eorum Ordinarijs.

CAPVT TERTIVM

De Fautoribus Hæreticorum.

1. Fautores Hæreticorum ſunt ipſo Iure excomunicati; & non ſolum ſuut ſuſpecti de hæreſi, incidunt in grauiſſimas pęnas, extraua. de hæret. lib. 5. cap. excom. §. credentes, & lib. 6. cap. vt Inquiſitionis, §. prohibemus; & fautores hæreticorum dicuntur illi, qui præſtant fauores hæreticis, & in hoc generali nomine compræhenduntur recettatores, auxiliatores, defenſores, & conſiliarij, &c. de delictis hæreticalibus tractant omnes Doctores de hac materia ſcribentes, & ſi frequentiùs citetur Pegna, & ſequatur hodie ab omnibus in ſuo Direct. 2. par. com. 78. ſuper quęſtionem 51. D. Emerici, & com. 77. ſuper quæſt. 52. & com. 78. ſuper quæſt. 53.

2. Tribus modis, quis dici poteſt hæreticorum fautor, nempè pro omiſſione, & negligentia, vt pro facto, & cooperatione, vel pro conſilio; in primo errore incidunt omnes illi, qui reſidere habent in Magi-

giſtratibus. Princeps, & alij dominium habentes, cum teneantur hæreticos extirpare, & eicere extrà ſuum dominium, & ad hunc effectum omne auxilium Reuerendiſſimis Inquiſitoribus præſtare, ſed hoc relinquendo conſiderationi facienda de Iure cum maturitate conuenienti caſuum qualitatibus; ob con ſequentiam ſeditionum, quæ accidere poſſunt, ſufficit, vt in ſimilibus occaſionibus Inquiſitores inferiores non ſint faciles ad prouidendum, ſed ſcribant Supremo Tribunali, & ſuum mandatum expectent.

3. Perſonæ verò priuatæ incurrere habent in hoc capite omiſſionis, quandò videlicèt eis notum eſt, quod in illo loco, &c. ſunt aliqui hæretici notorij, ac publici, & cum ipſis incumbat ex officio (quomodo ſunt Cruce ſignati, qui de hac præſtant iuramentum) denunciare illos tenentur, & operam dare vt capiantur, dummodò à legittimo impedimento non excuſentur. Sicut quilibet Chriſtianus Catholicus in tali omiſſione cadere poteſt, quia omnes fideles tenentur hęreticos, aut de hęreſi ſuſpectos denunciare. Sancta tamen Inquiſitio lento pede in hac re procedit; conſiderando cum omni menſura, an ille qui omittit denunciare, capturare, &c. facit timore correptus, aut obliuione, aut alia probabili cauſa, ob quam excludatur ſuſpicio omnis eiuſdem malitiæ, aut fautoriæ doloſæ. V. G. ſi mulier ſola ſcit, quod eius vir actus hæreticales committit, & illum terribilem virum cognoſcat, ita vt cognoſcat, quod facilius occidet illam, aut verberabitur ab eo, ſi vir ſciret ſe ab ea denunciatum fuiſſe in Sancto Tribunali; in tali caſu mulier excuſari poſſet; vndè in caſu omiſſionis plures cauſæ

conſiderandæ ſunt, & circumſtantiæ, quia ſecundum illas ſit iudicium; ſicut obſeruat Concilium Narbonen. cap. 14. 15. & 16. quod meliùs cæteris Concilijs, & DD. de hac materia ſcribentibus dat inditia, vel ſigna, ad cognoſcendum, ac diſtinguendum gradus fautorum, & fautricium, prout refert Pegna in coment. 76. ſuprà citato pag. 374. Vndè concludo, quod Iudex non debet ob omiſſionem denunciandi faciliter tenere pro ſuſpecto, & fautore, non denunciantem.

4. Fautores de facto, & cooperationis dicuntur illi, qui ſcienter, & liberè auxilium præbent hæreticis, aut nè aiuſtitia apprehendantur, aut e manibus eius violenter extrahantur, iuſtitiæ reſiſtendo, & hæreticis aſſiſtendo, vt aſſociando illos pro eorum ſecuritate, eiſdem arma, & victum prebendo, Iudex tamen prudens, an iſti fautores defendant perſonam, vt ſic, an vero eius errorem, & hæreſim, quia ſi defendunt perſonam, vt ſic tantum pro aliquo mundano reſpectu; alia via procedendum eſt ab ordinaria, etenim iſti, & ſi ob reſiſtentiam factam ab eis Iuſtitiæ excommunicati ſint ipſo iure, non tamen ſunt hæretici; ſed ſolum ſe reddunt ſuſpecti vehementer de hæreſi, aut leuiter iuxtà grauitatem, aut leuitatem reſiſtentiæ, vel defenſionis hæreticorum contrà Iuſtitiam. At ſi errorem, vel hæreſim defenderet, reputarentur hæretici ſine dubio etiam ipſi; & ideò hic locum habet regula generalis, vt ſecundum modum varium, & qualitatem defenſionis, &c. propter hæreticum factam, variari debet cauſa pro modo expeditionis, nam grauius delinquit, qui cum armis hæreticos defendit, quam qui ſine armis. Et qui violenter de manibus Iuſtitiæ extra-

extrahit hæreticum; quàm qui voce tantum monet illum, vt fugam arripiat; & ab hac varietate protectionis, ſiuè defenſionis, & ab abiura arguitur pœna, quæ taliter delinquentibus danda eſt. De quibus omnibus largè docet Pegna in coment. 77. §. quidam alij, & Innocent IIII. & Clemens IIII. in Bulla ad extirpanda, §. quacunque.

5. Sub iſto nomine, & facto fautoris locum habent etiam receptatores hæreticorum, & ſunt propriè illi, qui ſcientes quod ſunt hæretici, & quod recipi non poſſunt, adhuc eos receptare volunt, & illos occultant in ſuis domibus, aut villis, &c. ad hoc vt fugiant à manibus Iudicis, ne puniantur. At quandò præſumitur quod tales receptatores igonrabant tales eſſe hæreticos, ſi præſumptio eſt veriſimilis excuſari debent; & in hoc aduertendum eſt, ſi hæreticus receptus eſt denunciatus, & notorius, præſupponitur malitia in recipiente.

6. Hinc oritur, quod Stabularij, Nauicularij, Tabernarij, & alij ſimiles, qui non tenentur perſcrutari & inquirere mores illorum, qui tranſeunt, & per diem, aut per noctem ſunt apud illos, excuſantur enim tales receptatores, quando receptus non eſt publicè denunciatus hæreticus; ita vt ipſi prænominati de tali re cognitionem, & certam notitiam habeant.

7. Suſpicio autem hæreſis, quæ ex tali fautoria oriri poteſt in mentem Iudicis contrà receptatores; ſicuti pro qualitate facti perſonarum receptantium, & modo receptaionis; talis quidem ſuſpicio poteſt eſſe leuis, & vehemens, & ſic poterit imponere abiurationem de leui, aut de vehementi prò ſuo arbitrio,

moderatus tamen ab his circumſtantijs, nempè ſi receptatores ſciunt in ſpecie hęreſes, quas tenet hęreticus receptatus, & ab ipſis receptatoribus occultati fuere, debent illas hęreſes, ſiuè errores in ſpecie abiurare: econtrà verò, ſi tantum ſciunt eſſe hæreticum in genere tantum abiurare debent, ſicuti notat Pegna in comment. 79. §. ſic tales. Qui auctor reſpondendo alicui dubio ſibi propoſito à D. Petro Duſina Aſſeſſore S. Officij in Vrbe; quo ad pœnas verò, ſunt illæ, quarum idem Pegna mentionem facit comment. 76. alibi citato §. ac prӕter, &c.

8. An verò cum rigore procedendum ſit contra conſangnineos, circà pœnas ordinarias, nempè contrà vxorem, patrem, matrem, filios, & ſimiles &c. receptantes, & occultantes maritos, filios, fratres, &c. ſibi coniunctos hæreticos, & ſi inter DD. aliqua ſit controuerſia, tenentes aliqui, quod ob immanitatem, & enormitatẽm delicti locum habeat pœna rigoroſa, in legum rigore; attamen cõmunis opinio, & praxis contrarium docet, nempè quod mitius puniendi ſunt, dũmodo conſtet, quod talis receptatio, &c. non ſit in Fidei contemptum, & gratiam hæreſis, ſed ſolùm ratione affectus ſanguinis, & naturalis amoris, quo non ita faciliter quis poteſt ſe ſpoliare, vndè tribuenda eſt receptatio prædicta iuri naturæ, putando illos recepiſſe, vt conſanguineos, non autem tanquam hæreticos, & talis præſumptio ſtare debet pro ipſis receptatoribus, &c. Concurrunt tamen in hoc aliqua requiſita, de quibus mentionem facit Pegna in director. 2. par. in comm. 8. §. cæterum multa.

9. Primum requiſitum eſt, vt qui receptat conſanguineos

guineos hæreticos, quamuis mitius puniendus ſit, non excuſatur tamen à tota pæna, quia non ſunt totaliter immunes à delicto. Secundum requiſitum eſt, quod talis ratio non debet militare pro omnibus conſanguineis, aut coniunctis, etenim filius receptans patrem hæreticum, vxor maritum, frater fratrem ſuum, mitius puniendi ſunt, quàm ſi magis in gradu diſtarent, aut alios hæreticos ſibi non coniunctos recepiſſent. Tertium requiſitum eſt, vt receptatores prædicti, qui poſſunt participare benignitate Iudicis, & mitiori pœna non participent in delicto, cum perſona receptata; nam ſi participant pari pœna debent puniri.

10. Videtur tamen ab aliquibus DD. quod in hac materia de occultatione, receptatione, defenſione, &c. hæreticorum, Iudex debeat reſpicere, an inter receptantem, & receptatum ſit amicitia ſtricta; quia cum amicitia vera ſit vinculum rigoroſum, & non inferioris conditionis ac ſit ſanguinis vinculum, vndè ſi receptans non participat in delicto hæreſis, &c. cum receptato hæretico, videtur vt non cum pœna ordinaria, & rigoroſa contrà ipſum ſit procedendum; ſed pœna mitiori, & extraordinaria.

11. Sed conſiderandum eſt, & maximè conſiderandum ſi adeſſet cęca paſſio, atque immoderata amoris quæ à DD. inter ſpecies fautoriæ annumerari ſolet. V. G. ſi receptans eſſet catholicus, & perſona receptata eſſet hæretica ab eo amata vehementer, vel econuerſo, tunc in tali caſu alleuiaret pœnam, ſicut ſolet alleuiare in alijs caſibus S. Officij.

12. Fautores conſiliarij dicuntur illi, qui conſilium præbent, & ſuadent media exequenda ab alijs, ad hoc

vt

at hæreticus ab eis vt talis cognitus, non ſit denunciatus, aut capturatus, vel violenter extractus de manibus Iuſtitiæ; vel quouis modo Iudex ſit impeditus ne examinet teſtes, formet Proceſſum, ſententiam pronunciet, &c. & hoc quis faciat ſiuè directè, ſiuè indirectè, circà quos fautores obſeruari debent eædem conditiones, vt ſuprà, ſicut de illis, qui vocantur S. Officij impeditores, de quibus loquuntur DD. & præcipuè Pegna comm. 79. ſequitur Farinac. quæſt. 182. n. 96. 97. Sanctarellus cap. 11. n. 8. videatur etiam Bulla Alexandri IIII. incip. quod ſuper inter litteras Apoſtolicas prò S. Officio; Pegna verò loco citato ſatis benè declarat, diſtintionem impedimenti directi, quod datur S. Officio, & ſuſpicionis hæreſis, quæ reſultare ex hoc poteſt; in qua re ſicut in caſibus adductis, Iudex dum ad expeditionem cauſæ vult deuenire non ſolùm debet reſpicere ad ſubſtantiam delicti ſecundum ſe conſiderati, ſed etiam ad qualitatem perſonarum, & maximè ſi habuerunt, vel non habuerunt dolum, aut malitiam in facto, & ad alias circumſtantias, ex quibus dependet ſeueritas, aut leuitas pęnæ.

13. Poteſt hic etiam dici aliquid de credentibus hęreticis, qui ità vocantur: Vndè ſi iſti tales credunt hæreticorum errores ſunt hæretici, ſicut ſi proferunt verba, aut operantur facta hæreticalia, à quibus naſcitur ſuſpicio, vt dictos errores credant, & ſic ſunt ſupecti de hæreſi; vndè ego tales relinquo tanquam comprehenſos in primis capitibus huius Practicæ Criminalis. Siquis autem cupit diſtinctè videre quid faciendum ſit de iſtis, legat Pegna in direct. 2. par. com. 75. ſuper quæſt. 50. ſicuti, & Emeric. in ead quęſt. in qua de

hac

Digitized by Google

hac re multi caſus afferuntur, & exempla.

14. Sed quid dicendum eſt de receptante hæreticos ignorãte eos hęreticos eſſe? Clarum eſt ferè totũ negotium ex dictis, nempè non eſſe puniendum pœnis ſtatutis in receptantes hæreticos. Ità Eymericus par. 2. quæſt. 51. n. 2. vbi Pegna comm. 76. Farinac. quæſt. 182. n. 163. cum multis alijs Marius Alterius has ſequutus eſt de cenſuris tom. 1. lib. 5. diſput. 2. cap. 4. verſ. ſed ſi ex ignorantia, docet etiam Sanctarell. de hæreſi, cap. 12. n. 5. concl. 5.

15. Cui verò in hoc caſu incumbat onus probandi ſcientiam, vel ignorantiam, nempè, an Fiſco alleganti ſcientiam; an verò Reo alleganti ignorantiam? Dico primo, quod in dubio ignorantia præſumi debet, & per conſequens Fiſco alleganti ſcientiam incumbit onus illam probandi, Pegna comm. 76. verſ. an autē receptator, Simanc. de cath. inſtit. tit. 15. n. 18. & ſeq. & in Enchyrid. tit. de receptat. n. 4. & 5. Farinac. quæſt. 182. n. 164. Duardus ad Bullam Cęnæ lib. 2. canone, 1. cap. 10. n. 9. quod multo magis procederet, in allegante ignorantiam, & illam probante per iuramentum.

16. At ſi notorium erat receptatum eſſe hæreticum, eo quia vel erat denunciatus, vel amicus, aut vicinus receptatoris, tunc militat in fauorem Fiſci, & ſic onus receptantis hæreticum eſt probare ſé ignoraſſe ſullanum ab ipſo receptum fuiſſe hæreticum; ita DD. ſuprà citati n. antecedenti confirmant ambas concluſiones Marius Giurba in aliquo ſuo conſilio criminali 29. n. 32. Monal. conf. 109. n. 11. vol. 1. ad probandum receptantem eſſe in culpa, tota vis poſita erit in probanda ſcien-

cientia receptantis, vt arguunt Pegna, & Giurba loco citato. Quod idem dicendum eſt de Nautis, Cauponibus, & Stabularijs, Graffius in ſuis aureis deciſionibus lib. 4. cap. 18. n. 33. tom. 1. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. n. 70. Farinac. quæſt. 182. n. 161. & latiſſimè in praxi criminali quæſt. 133. n. 42. & ſeq. vbi dixit, quod ſi aliter diceretur eſſet magnum priuilegium cauponum, quorum genus comuniter reputatur improbum.

17. Quando verò præſumitur receptatorem hæretici ſciuiſſe hæreticum, eo quia denunciatus erat vt talis, & erat eius vicinus, an poſſit puniri pœna ordinaria, vel mitiùs contrà ipſum agendum ſit? Dico, quod puniendus eſt pœna extraordinaria, mitiori; ità Bald. l. 1. n. 2. Cod. de his, qui latron. Menoch. de arbitr. caſu 348. n. 15. & alij quos ſequitur, & allegat Farinac. quæſt. 133. n. 136. & n. 138. verum eſt quod ex Claud. ad Bertazol. conſ. 126. ſub littera C. verſ. iam verò, & Sim. de Pretis conſ. 50. n. 9. dixit, quod Iudex omiſſa extraordinaria condemnatione poterit reum torquere ſuper ſcientiam, circà quam tamen torturam ait Carena, cum alijs, quod magna cum cautela eſt procedendum.

18. Non dicuntur receptatores illi, qui hæreticos recipiunt per vim, & metum, vndè iſti excuſantur à pœnis, dum vim, & metum probant, Farinac. quæſt. 133. n. 36. Sanc. in ſum. lib. 2. cap. 10. n. 8. & Farinac. de hæreſi, quæſt. 182. n. 162. Giurb. conſ. criminali deciſiuo 28. n. 17.

19. Quomodo autem ſe gerere debeat Confeſſarius circà receptatores, fautores, &c. hæreticorum hic dubitatur

tatur, qua propter dico, quod ſi tales actiones iunctam habent hæreſim, non debet eos abſoluere, niſi habeat auctoritatem abſoluendi à contentis in Bulla Cęnæ, quia tales caſus ſolo Summo Pontifici ſunt reſeruata, pręterquam in articulo mortis, & ita ſunt reſeruata Pontifici Summo, vt nec Concilium Generale, nec Collegium Eminentiſsimorum Cardinalium ab eis poſſint abſoluere; videatur Naldus in ſum. verbo Bulla Cęnæ n. 60. Portel. in dub. regul. in verb. Abbas, n. 6. & Suarius de pœnitentia tom. 4. in 3. par. di Olom. diſp. 49. ſec. 2. n. 7. Diana, Tamburinus cum alijs innumeris DD.

20. Si verò Confeſſarius haberet facultatem abſoluendi à caſibus contentis in Bulla Cęnæ præter quam ab hęreſi, dubium, eſt an tales receptatores, fautores, &c. poſſet abſoluere. Ego tamen puto, quod ſic, quia non participant in errore cum hæreticis. Hæretici non ſunt ita quam plurimi DD. relati à Diana par. 1. tract. 5. reſol. 7. & poteſt videri Henriquez in ſum. lib. 6. de ſacramento pænit. cap. 16. n. 2. in additam. verſ. quare; vbi loquitur etiam de ſchiſmatic. quando ſchiſma non eſt cum hæreſi coniuncta, & ratio eſt, quia exceptio firmat regulam in contrarium.

CAPVT QVARTVM.

De Suſpectis de Hæreſi ſponte comparentibus.

1. SPontè comparentes de hæreſi ſuſpecti dicuntur illi, qui ex ſe, & non vocati in Sancto Tribunali Inquiſitionis comparere habent, antequam ſcilicet contrà eos aliquod inditium ſit in illo, & ſe ipſos

accu-

accuſant, ſe dixiſſe, ſcripſiſſe aliquam hæreſim, aut actum, vel actus apoſtaticos aliquos feciſſe contrà Fidem Catholicam, V. G. ſe militaſſe in hæreticorum ſeruitio, iuiſſe corſalando (vt vulgo dicitur cum Turcis] ad deprędandas gentęs, vel terras Chriſtianorum, vel ab eis Turcis fuiſſe circumciſus, aut dixiſſe illa verba (Ailala) quæ declarant hominem procumetanum, cum alijs in tali actu requiſitis ſecundum falſam Turcarum legem. Si ſint ingreſſi in Moſcheis Turcarum ad orandum, ſi vixerint ſecundum eorum ritum, ſi fuerint præſentes ad hęreticorum conciones, & ſi ſumpſerint eorum ſacrilegam cęnam, ſi comederint carnes in diebus prohibitis, vt ſe ipſos cum illis conformarent, proteſtando ſe velle religionem hæreticorum pro vera habere. Si abiurauerint, vel Catholicam deteſtauerint, vel contraxerint matrimonium poſtquam fuerint in ſacris ordinati, aut aliam vxorem duxerint, dum primam habent, aut Miſſam celebrauerint, vel pænitentiæ ſacramentum adminiſtrauerint Fidelibus, dum Sacerdotes non erant, aut alia delicta commiſerint, ita vt de Fide ſint ſuſpecti; de quibus fiet mentio in ſequentibus Capitulis, negant tamen corde adhæſiſſe ſimilibus erroribus, qui quidem de hæreſi ſuſpecti, ac ſpontè comparentes, poſtquam ſuper intentionem interrogati ſunt, & de complicibus, fiunt abiurare ſecundum qualitatem actus apoſtatici, & hæreticalis, aut de vehementi, pro vt de actibus enumeratis, qui ex natura ſua inducunt vehementem ſuſpicionem, vel de leui, quia debent Inquiſitores reſpicere ad qualitatem perſonæ ſpontè comparentis, & quo in loco talia delicta commiſit; videatur Pegna par.

2.com.

2. comm. 59. verſ. ſed videam, debent dimitti cum clauſulâ, dummodo non ſint præuenti in aliquo Tribunali S. Inquiſitionis; pro vt ait Cęſar Carena in tit. de confeſſarijs ſollicitantibus, §. nn.

2. Circà hos ſponte comparentes aduertendum eſt, quod ſtat Iudex, & ſtare debet ad illud, quod ipſi deponunt tam in facto, quàm circà intentionem, ſiuè adhæſione cum corde ſuo, quapropter S. Tribunal ſatisfactus manendo de ſimplicibus interrogatorijs ſuper intentionem, relinquit torturam, ſed non abiurationem, quia cum abiuratio non ſit actus pœnalis, ſed ſolùm proteſtatio nunquam habuiſſe intentionem, niſi catholicam, & viuendi, ac moriendi iuxtà Fidem S. Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, habet locum iſta etiam in ipſis.

3. Debent tamen iſti tales ab Inquiſitore moneri, vt dicant veritatem, quoniam ſi inueniantur diminuti procedetur contrà eos, ſicut proceditur contrà præuentos; ſicut de facto proceditur contrà malitiosè diminutos, quando tamen in ſubſtantialibus diminuti ſunt, non ſic quando in aliquibus accidentalibus, quià non ſupponitur in hoc malitia, ponitur tamen in eorum dimiſſione [dummodo in alio S. Officio non ſit præuentus, Farinac. de hæreſi, quæſt. 193. n. 28. verſ. & ſcias; & hoc maxime in Hiſpanis agendum eſt, vbi in S. Inquiſitione maxima fit diligentia; [abſque nota aliorum locorum hoc dixi.]

CAPVT QVINCTVM

De ſponté Comparentibus, qui de Hæreſi ſunt præuenti.

1. SVſpecti de hęreſi illi dicuntur, qui ſcribunt, aut propoſitiones hæreticales dicunt, vel erroneas, vel alio modo ſunt in Fide ſuſpecti, aut faciunt facta, vel hæreticales actus, ſiuè apoſtaticos; vnde primi quando præuenti ſunt, & perſonæ alicuius intelligentiæ, & contrà eos inditia ſufficientia ſunt; debet fieri illis ſcripturarum perquiſitio, & carcerari debent, & deindè à Theologis doctis, ac verſatiſſimis ventilari cum diligentia debent eorum propoſitiones, vt gradus malitiæ dictorum appareat; an ſcilicet ſint hæreticalia, vel erronea in fide eorum dicta, vel ſaltem ad errorem próxima; deindè Iudex debet facere, vt recognoſcant ſuas ſcripturas iudicialiter, & coram teſtibus ſi in perquiſitione fuere aliquæ ſcripturæ inuentæ, vel ſuæ, vel alienæ.

2. Deindè conſtitui debent cum interrogatorijs facillimis, vt veritas cognoſci poſſit, quod ſi negent totum, vel in parte de his, quæ ſibi opponuntur, data ei repetitione teſtium, iuxtà ſtylum S. Tribunalis, & tortura, debent aſſignari defenſionum termini competentes, iuxta qualitatem inditiorum, prò habenda veritate; quando totum negabit, at quando partem, & partem aliquam erroris inditiati fatetur, & hoc quando totum negant, quando verò negant partem pro vlteriori veritate, & complicibus, & debent interogari, an habuerint intentionem de rebus confeſſis, & ſi data tortura reo nihil reſultabit, ſi propoſitiones rei

graues

graues ſunt, & eiuſdem ſpeciei primæ accuſationis, & reus ſuppoſitus non ſe expurgauit in ſuis defenſionibus debet reus de vehementi abiurare, & condemnari ad carcerem, vel ad exilium loci, ſecundùm grauitatem ſcandali, & cauſæ. V. G. ſi ſunt Religioſi voce actiua, & paſſiua priuari debent, inhabilitentur ad concionandum, & prædicandum, nec non ad docendum, at quando ſunt perſonæ intelligentes, & aliàs non ſunt ſuſpectæ, & notæ ſint bonæ mentis, & famæ, & an ſcripſerint, vel dixerint propoſitiones ſuſpectas, & inaduertenter, in hoc caſu S. Tribunal ſolet concedere reis, vt reuocent dicta, aut ſcripta; iudicialiter tamen dummodò propoſitiones non ſint hæreticales, nam iſtæ fiunt abiurare de leui, & ſi pronunciatę fuerint in publico, vt in ſubgeſtu, vel cathedra cum ſcandalo aliquo; S. Tribunal ſolet dictis reis imponere, vt dictas propoſitiones reuocent in eodem loco, vbi pronunciatæ fuere, & quando dubitatur, vt non ſint facturæ hoc omnimodè, aut neſciant ex ſe facere omnimodè, quomodo neceſſarium eſt, vt fiat, datur eis forma præſcripta talis reuocationis; ſi verò propoſitiones non ſunt eiuſdem ſpeciei, vt ſuprà dictum eſt, ſed falſæ, temerariæ, ſcandaloſæ, aut offenſiuæ piarum auricularum; ſufficit vt à pronunciante illas reuocentur, maximè quando non eſt in eis conuinctum ſcandalum, aut ſunt declaratę ab aliquo Pontificio Decreto, vt eſt illa, in qua quis diceret, quod poteſt fieri confeſſio per litteras directas Confeſſario abſenti, & ab eodem Confeſſario abſente abſolutionem recipere pœnitens poſſit, quæ fuit à Clemente VIII. declarata de Anno 1602. ad minus falſa, ſcandaloſa, & temeraria, non debet tamen abiurare,

cum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

cum non ſit materia abiurabilis, niſi illa, quæ ſuſpicionem in fidem generat in aliquo ex dictis gradibus; & imponuntur delinquentibus illæ pœnæ, quæ ſecundum qualitatem perſonarum, & ſcandali, quæ à Iudice diſcreto proportionatæ iudicantur.

3. Suſpecti verò pro factis, & actibus hæreticalibus tot ſunt, quot ſunt actus ipſi, ſed frequentiores in S. Tribunali Inquiſitionis, ſunt infraſcripti, nempè polygami, ſollicitatores ad turpia in Confeſſione, &c. ſortilegij, blaſphematores, retentores librorum prohibitorum, comedentes carnes in diebus vetitis à. S. M. Eccleſia abſque neceſſitate, & maximè quando fit cum ſcandalo, illi qui loquuntur malè de excomunicationibus, illi qui perſiſtunt in ipſis, illi verò qui Miſſam celebrant, aut Sacramenta adminiſtrant, cum non ſint Sacerdotes, & præcipuè pœnitentiæ Sacramentum, de hæreſi ſimiliter de fide ſuſpecti dicuntur, & fiunt abiurare, & brachio ſeculari traduntur. Iudex huius delicti eſt Inquiſitor, Pegna in direct. par. 3. comm. 158.

CAPVT SEXTVM

De Polygamis.

1. ADuertendum eſt polygamiam eſſe in duplici ſpecie, altera eſt plurium vxorum ſucceſſiuè, de qua hic non eſt ſermo; alia eſt bygamia, quæ eſt plurium vxorum ſimul ductarum à bygamo, & de hac loquor ego hic, quæ licitam non eſſe contrà Anabatiſtas, & Luterum determinauit Trident. ſeſ. 24. canone 2. his verbis: ſi quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege Diuina

eſſe

eſſe prohibitum, anatema ſit; & fundamentaliter Concilium citatum ita decreuit, etenim hoc idem à Syricio Papa definitum fuit in epiſtola 1. & ab Innocentio Papa I. epiſt. 9. & manet ſcriptum apud Gratian. 24. quæſt. 3. cap. an non: quæ quidem veritas probatur catholicè, primo ex Dei inſtitutione Geneſis, ſecundo vbi legitur[relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna] quapropter notanda ſunt verba illa (vxori ſuę) non dicit enim, vxoribus, ſed vxori; Colligo etiam ex cap. 9. Matthęi, vbi interrogatus Chriſtus à Iudęis, an liceret vxorem repudiare, negatiuè reſpondit, & ſi aliquando fuit permiſſum, hoc factum fuit ob duritiam cordis Iudęorum; & Diuus Paulus meum dictum confirmat, dum ſcribens ad Corinthios epiſt. 1. cap. 7. dicit vnuſquiſque habeat vxorem ſuam, non autem dicit vxores, de quibus rebus multa loquitur Bellarminus, ſiue R. P. des Bois Ordinis Minimorum. quamquam ſub nomine Bellarmini appareant, vt videre eſt in prima editione controuerſiarum, &c. vbi hæc verba iacent in tit. ex labore P. Ioannis des Bois Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, fuit hæc Tridentini definitio determinata à Syricio Papa in epiſt. 1. & ab Innocentio Papa epiſt. 9.

2. Conſtat veritas huius propoſitionis Catholicæ ex prima Dei inſtitutione, de qua Geneſis 2. vbi habetur (relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ) non dicit, vxoribus, vndè ex his verbis polygamia excluditur, videantur plura de hac re apud Carenam.

3. Iſti ergo polygami, vel conſumarunt delictum, aut ſolum attentarunt contrà illos, qui ex legitimis

indi-

inditijs conuincti ſunt, aut ſemiconuincti remanent, vt tale delictum conſumauerint, vel præſumitur; proceditur ad capturam, & habita fide de vtroque matrimonio, ac in proceſſu poſita, probataque ſuperuiuentia primæ mulieris, examinari debent præuia tortura ſuper intentione, nempè an crediderint eis eſſe tale opus licitum viro Chriſtiano Catholico, duas ſimul mulieres, ſiuè vxores habere in eodem tempore; & iſti ſiunt abiurare, vel in publico, aut in congregatione Conſultorum, ſiuè in ſecreto, ſecundùm qualitatem perſonarum delinquentium in hac re; ſemper tamen de vehementi abiurare debent, ita apud Farinac. de hæreſi quæſt. 178. n. 68. in fine, verſ. & in ſupremo vrbis totiuſque &c. Fernand. tit. Iuris par. 3. quæſt. 9. n. 4. in fine, quia illa dicitur vehemens ſuſpicio, quæ oritur ex ſignis, actibus, aut verbis indicantibus in operante hæreſim. Ita Symanch. de cath. inſtit. 50. n. 27. & in Enchyrid. violatæ religionis, tit. 41. n. 3. Pegn. par. 2. comm. 80. verſ. 2. ſuſpicio. Martin. del Rio diſquiſit. magic. lib. 5. ſec. 12. verſ. vehemens ſuſpicio, cum multis alijs in puncto.

4. Condemnari autem debent iſti polygami ad triremes, ſaltem per quinquennium, quibus tranſactis redire debent cum prima vxore, ſi autem adduxerunt teſtes falſos ad probandam mortem prioris coniugis, per ſeptennium ad triremes condemnandi ſunt, vel longiori tempore ad arbitrium Inquiſitorum, qui debent declarare nullum ſecundum matrimonium, ita Simanch. de cath. inſtit. 40. de matrim. n. 6. & in Enchyrid. violatæ religionis, tit. 12. de nephar. n. 6. immo addit, quod ſi delinquens ſit plebeus fuſtigandus ſit,

parte

parte etiam dimidia bonorum publicata, ita ſentit Ludouicus à Paramo de origine S. Inquiſit. lib. 2. tit. 3. cap. 11. n. 71. vbi ait, quod polygami infami mitria de honeſtati fuſtibus cæduntur, ita etiam Fernand. de Otero d. quæſt. 9. n. 4. immo in Hiſpania polygami damnantur ad triremes per decem annos, Farinacc. de hæreſi quæſt. 78. n. 73. & id quod dixi de polygamis, dico de falſis teſtibus ab eis adductis ad probandum mortem primæ coniugis, & ſi in Hiſpania polygami tantũ abiurãt de leui, hoc euenit, quia ibi fortaſsis reſpiciunt principium impulſiuum delicti, at in Italia reſpicitur abuſus Sacramenti.

5. Etſi polygamia non poteſt probari; eo quia vel deperditi ſunt, aut combuſti Parochorum libri, examinari debent ab Inquiſitoribus ipſi Parochi, & teſtes, vel multi de parochia, vſque dum veritas haberi poſſit de primo matrimonio, & obtineatur probatio æquiualens fidei parochorum, & libri parochialis.

6. At ſi reus pertinaciter negaret, ac diceret aliam vxorem non habuiſſe, niſi illam, quam modo habet, & diceret non eſſe illum, de quo agitur, debet fieri recognitio illius per primam vxorem, ad hoc vt habeatur clarè identitas perſonæ; quæ prima vxor ſi haberi non poſſit, debet recognitio talis per alias perſonas fieri, vſque dum identitas perſonæ clarè habeatur.

7. Euenire ſolet etiam aliquando vt polygamus doloſè, abſque eo quod faciat vllam diligentiam de morte, aut vita primæ vxoris, inducit malitioſè teſtes falſos, & ſecundam vxorem ducit, ponendo ſe intrà Scyllam, & Caribdim, nempè intrà ſpem, & timorem, quod mortua ſit prima ſua vxor, vel viua, pro-

curando extenuare delicti grauitatem, longitudinem temporis adducendo, in quo à prima vocare longe permanſit, abſque eo quod de illa aliquid vnquam ſciuerit, in quo caſu, & alijs ſimilibus, S. Inquiſitio debet adhibere omnem diligentiam, vt ſciat ſupraiuientiam dictæ primæ vxoris; & ſi hoc haberi non poſſit, expediri debet cauſa, condemnando reum ad triremes, quæ his eſt pœna ordinaria, & poſt torturam fit eum abiurare de vehementi, quia & ſi non ſit primæ vxoris ſupraiuientia probata, nihilominus diſpoſitiones animi illius ſecundam vxorem accipiendi, aut viua, aut mortua ſit prima, reddit eum ſuſpectum malè ſentiendi de Sacramento matrimonij, quod quidem Sacramentum ab ipſo reo quantum in ſe eſt, cum effectu deſpectum, ac offenſum eſt, ita communiter ſcribentes.

8. Et in tali caſu debet ab Inquiſitore moneri ſecunda vxor, quod alium maritum ducere non poteſt, vſq; dum certiſſima ſit, quod vxor prima viuat, & ſi peruenti ſunt ad proximos actus, idest vt fecerint Inſtrumentum dotale, examinare fecerint teſtes, inceperint facere ſolitas publicationes in Eclēſijs, vel Ecleſia Parochiali, & ſimiles res, proceditur ad capturam, & redacta in proceſſu fidē primi matrimonij, cum alia de publicationibus ſecundi matrimonij [præuia tortura ſuper intentionem] fiunt abiurare de leui, & ad perpetuũ condemnãtur carcere, vel mittuntur in exilium, vel relegantur in eodem loco, vbi prima vxor manet, aut condemnantur ad aliquam publicam pœnitentiam, ſi ſunt perſonę de plebe, vt ſtare præ foribus Ecleſiæ, aut ad alias pro iuſta qualitate perſonarum, & cauſarum, & ſi iterum incidunt in nouum attentatum, dum

adhuc prima vxor viuit, tunc repetitur abiuratio de leui, & condemnantur ad triremes pro arbitrio.

CAPVT SEPTIMVM

De Confeſſarijs ſollicitantibus in Confeſſione Sacramentali.

1. QVicquid dicant DD. de ſignificatione huius verbi (ſollicitatio) hìc enim ſumitur ſollicitatio de qua loquor pro crimine Confeſſariorum, dum in ipſa confeſſione, vel eius occaſione, vel prætextu confeſſionis pœnitentes ad obſcenos actus, etiam non inchoatos prouocant, aut prouocare tentant, dixi [non inchoatos] etenim neceſſe non eſt vt actus iſti venerei compleantur ad hoc, vt Confeſſarij pœnis iſtis ſubiaceant, quorum actum complementum eſt tantùm pollutio, ſed ad ſollicitationis crimen, de quo eſt hìc ſermo committendus; ſatis eſt ſi confeſſarij in confeſſione faciant actus obſcenos, etiam incompletos, vt ſunt oſcula, amplexus, nutus, & alia id genus, quia hoc eſt vere & proprie ſollicitare, nam ad verè, & propriè ſollicitandum nihil aliud requiritur, quàm tentare ad inhoneſta, ſine eo quod talem, qualẽ diligentiam adhibeat, aliàs tam eſſet actus ſollicitationis. Ità Hyeronim. Trimarchi de confeſſario abutente pag. mihi 21, 22, 23. & hoc intelligitur tam ante confeſſionem, quàm poſt confeſſionem, dum mulier pœnitens in confeſſionario permanet, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro alijs, & hoc valet non ſolùm pro fœminis, verùm etiam pro maſculis, relinquam pro nunc modum procedendi contrà iſtos delinquentes, & ponam aliquos caſus de ſollicitatione.

2. Primus caſus eſt quando Confeſſarius dat pœni-

tenti in confeſſionario donum nonſolitum, V. G. anulum aureum, ſiue aliquod monile, verè dicatur ſollicitans pœnitentem. Sunt multi DD. etiam ex mea Religione, qui partem negatiuam ſequuti ſunt, dummodo non ſit aliud adminiculum ſignificans libidinoſam voluntatem Confeſſarij, vt refert fuiſſe deciſum in præſentia Archiepiſcopi Genuenſis R. P. Hyeronim. Trimarchi de confeſſario abutente, &c. pag. mihi 27. n. 12.

3. Sed ego teneo partem affirmatiuam, & mecum ſentiunt idemmet Auctor loco citato, adhærente R. A. P. Ignatio Orengo Theologo doctiſſimo meæ Religionis, Ledeſma 3. par. quæſt. 36. art. 2. Paramus lib. 3. de offic. Inquiſit. quæſt. 10. n. 121. quas citat, & ſequitur Scortia in ſelect. Bullæ epit. 77. theorem. 196. in fine, qui docent fieri ſollicitationem per donorum largitionem, & Scortia adducit l. ſollicitatores, ff. de extraordinario crimine, ergo à fortiori fit ſollicitatio per donum inſolitum. Deinde probo ratione, etenim facta, & dona magis mouent, & alliciunt mulierculas, quàm moueant verba. Igitur tunc Confeſſarus dicitur fœminam confitentem ſollicitare. Tanto magis quia illa mulier pœnitens ſupponitur non pauper, nec ſupponitur perdidiſſe anulum aureum, vel monile, atque adeo nihil aliud cogitare poteſt ex illo munere, quàm vt Confeſſarius habeat erga illam affectum libidinoſum, atque adeo ex donatione talis muneris hortatur ad inhoneſta.

4. Secundus caſus eſt, ſi Confeſſarius det mulieri pauperi in actu confeſſionis pecuniæ quantitatem aliquam, quia in hoc caſu, ratione paupertatis mulieris, præſumptio ſtat pro confeſſario; ſed melius eſt, vt con-

feſſa-

feſſarius ab hoc ſe abſtineat, & pręcipue ſi fęmina eſt iuuenis, & formoſa, & tutius etiam eſſet, quod confeſſarius dando talem pecuniam ſe explicaret, quod hoc facit intuitu charitatis, & vt cum timore Dei viuat; quia tunc non præſumitur confeſſarium habere affectum libidinoſum, ſed solùm præ oculis ſalutem animæ pænitentis; quemadmodum ſi præberet pœnitenti aliquas deuotiones parui valoris.

n. 5. Tertius caſus eſt, ſi Confeſſarius non expreſſe, ſed tacitè ſollicitet pœnitentem in actu ſacramentalis Confeſſionis, nempe illam laudando de eius venuſtate, geſtu, nobilitate, modeſtia, &c. ſubiaceat pœnis latis à Summ. Pontificibus contra confeſſarios ſollicitantes. Et ſi graues Theologi, cum Souſa in opuſculo, tract. 1. cap. 1. n. 10. & 11. partem negatiuam defendant, ego nihilominus pro parte affirmatiua ſto, ita Acunna quæſt. 7. n. 6. Sanctarell. l. c. n. 9. noſter Pat. de Peyrinis tom. 2. priuileg. conſtitut. 4. Gregor. XV. n. 21. Bonacc. l. c. n. 5. Diana par. 1. reſolut. moral. tract. 3. reſolut. 21. Souſa in opuſc. tract. 1. cap. 1. n. 10. Trimarch. meus de confeſſario abutente ſect. 5. pag. 31. n. 23. Probatur hęc concluſio, primo, quia id circo Summi Pontifices, Pius IV. Clemens VIII. Paulus V. & Gregorius XV. fecerunt ſuas conſtitutiones de hac materia, & nepharium delictum ſollicitationis ad Inquiſitorum, & Orinariorum iudiciũ pertinere ſtatuere, prout habetur in Bulla Greg. XV. in qua hæc ſunt verba (in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, ac Chriſti Fidelium ſcandalum non modicum) & ſi confeſſarius laudando pœnitentis venuſtatem, pulchritudinem, &c. abutitur ſacramento pœnitentiæ, &

tacitè

tacitè ſaltem ſollicitat mulierem, ſi non formaliter, &c. minorem probo ex Panormitano cap. 2. de conuerſione Fidelium, quia tunc confeſsarius abutitur ſacramento pœnitentiæ contra naturam ſacramenti, dat etenim per actum publicum confeſſionis operam rei illicitæ, nam blanditijs facillimè mulieres ad libidinem trahuntur, ergo in tali caſu reperitur abuſus ſacramenti; patet totum dictum ex Diuo Thom 2. 2. q. 97. art. 1. Leſſio lib. 2. c. 45. dub. 1. n. 1. Tolet. lib. 4. c. 19. n. 11 & hoc inſinuãt experti in tentando mulieres. Tum quia cum blanditiæ tales non ſint licitæ in confeſſione, cenſetur contra ipſum mala præſumptio. C. lator, C. ſuſcepimus, C. Ioannes de homicidio, & in ſpectantibus ad fauorem animæ, factum dubium in deteriorem partem ſumitur, vt patet ex C. ſignificaſti, de homicidio, & C. iuuenis, de ſponſalibus. Tum etiam quia tales confeſſarij ita cum pœnitentibus in ſacramentali confeſſione loquentibus in fœminis ad ipſos venientibus ſcandalum gignunt.

6. Nec valet dicere, quod illa verba indifferenter ſe habent ad bonum, & malum finem, non valet inquam hoc dictum, etenim ſecundum DD. quod ex communiter euenientibus, & ex comuni vſu ad luxuriæ incitationem, & ad inhoneſtum actum ordinatur, malum eſt, vndè talis laudatio præſumitur ordinatam eſſe à confeſſario ad ſollicitatioenm pœnitentis, vndè concluſio probata ſatis manet.

7. Dubitat tamen noſter P. Hyeronimus Trimarchi de confeſſario abutente pag. 35. n. 30. an confeſſarius intendens in confeſſione ſacramentali à pœnitente habuiſſe rem cum aliquo, ſi interroget eam, an in vas, vel extra cum ipſa vir ſeminauerit. Sit ſollicitatio; Ego

tamen

tamen de hac re nihil dubitarẽ, quia cum ſint circumſtantiæ aperiendæ, ſi pœnitens non ſe benè explicat, debet illam interrogare, &c. ita P. meus Laurentius de Peyrinis tom. 2. priuil. conſtit. 4. Gregor. XV. §. 16. n. 21. in fine, poſt Molpheſ. in ſum. tract. 7. cap. 24 n. 43. aduertere tamen debent ſemper Confeſſores ad modeſtiam in tanto Sacramento neceſſariam.

n. 8. Siquis mulieri pœnitenti Confeſſarius diceret te amo, vt meam ſororem, ſi non habet aliud adminiculum prauum, non eſt de genere ſollicitationis; ſecus verò ſi illa verba aliquod turpe adminiculum habeant, quia tunc ſibi annexam habere tentationem ergà mulierem præſumitur ſaltem poſt Bullam Gregorij XV.

9. Qui verò turpia ſolum locutus eſt in actu ſacramentali confeſſionis, vel confeſſionali confeſſionem fingendo; ſine vlla ſollicitatione, ſubiacet pœnis, præcipuè poſt Bullam Greg. XV. nam Bulla ſic loquitur [aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint.] Tenet Boſſius cum alijs l. c.

10. Non datur paruitas materiæ in materia ſollicitationis, nec eam ſpeculatiuè ſumendo, nec practicè contra Portell. in additam. ad dub. regular. verb. ſollicitare n. 4. fol. mihi 255. in editione Vlyſiponen. Dixi quod nec practicè, nec ſpeculatiuè loquendo datur paruitas materiæ in ſollicitatione, nec tenenda eſt opinio Portell. Laudant hoc viri conſcientiæ timorati, etenim talis opinio viam dilatat ad fugiendas pęnas impoſitas à Romanis Pontificibus contrà ſollicitantes, & ad ſollicitandum pœnitentes, &c. & ratio fundamentalis meam concluſionem probans, quia nulla datur delectatio in materia Luxuriæ deliberata, quæ ex leuitate materiæ

excu-

Digitized by Google

excuſetur à mortali, tanto magis, quod hoc docent quam plurimi DD. vt Vaſquez in 1. 2. diſp. 109. cap. 3. Leſſius lib. 4. cap. 3. dub. 15. n. 109. Sanchez in decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 6. n. 12. vbi retractat contrariam opinionem, quam docuerat lib. 9. de matrim. diſp. 46. n. 9. 27. & 40. & Caſtro Palao tom. 1. oper. moral. tract. 2. diſp. 2. punct. 10. §. 2. n. 2. ait meam opinionem eſſe comunem, & nullam opinionem habere contrariam probabilitatem. Tenet Salas in prim. 2. n. 2. & in Societate Ieſu à Reuerendiſs. Generali ſub die 4. Aprilis 1612. fuit decretatum concluſionem à me poſitam omnimode tuendam eſſe à tota Societate, &c.

11. Tradens epiſtolam, vel paginam pœnitenti in actu ſacramentalis confeſſionis, vel in loco confeſſionis ante, vel poſt confeſſionem, deinde legendam, in qua pœnitens prouocetur ad turpia à confeſſario; dicitur confeſſarius ſollicitator? Affirmatiua eſt reſponſio, & pœnitens tenetur denunciare confeſsarium Inquiſitori, vel Ordinario loci. Tenet Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 32. in medio, de Peyrin. tom. 3. priuileg. cap. 11. n. 7. in fine, Facundez de præcept. Eccleſ. in nouiſsima edictione præcept. 2. lib. 4. cap. 3. n. 62. Tentat etenim confeſſarius ad inhoneſta pœnitentem in confeſſione contrà conſtitutionem Gregor. XV. dum tradit mulieri, vel iuueni talem epiſtolam, ergo dictus confeſſarius iniuriam facit ſacramento pœnitentiæ, aliàs daretur anſa confeſſarijs ſollicitandi mulieres, & hoc eſſe firmum teneo non ſolum per Bullam Gregorij XV. verum etiam per dictum Pij IV. & Pauli V. in ſuis diplomatibus.

12. Idem tenendum de lenocinio confeſſarij in con-

feſſione Sacramentali, & pręcipuè poſt bullam Greg. XV. Bulla enim prędicta expreſsè condemnat confeſsarios ſollicitantes in actu confeſsionis ſacramentalis ad turpes actus, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet committendos. Tenent Santarell. de hęreſi c. 44. n. 19. Souſa in opuſcolo de ſollicitatione tract. 1. c. 14. n. 5. Barboſa de offic. parochi c. 19. n. 19. Bonacina de denunciatione diſput. 3. punct. 3. n. 18. Lezana in ſum. quæſt. regul. c. 19. n. 34. Boſſius dict. c. dub. 4. n. 14. & alij quam plurimi, &c. adeſt etiam ratio; quia Bullæ pontificię indefinitè loquuntur de omni actu turpi, & nullum exceptant, ergo generaliter propoſitio eſt intelligenda, &c. vnde ego dicerem quod ad ſaluandam confidentiam ſacramenti pęnitentiæ ità rigidè currendum eſt, vt puniendus ſit etiam ille confeſsarius vt ſollicitator qui audiens fæminam in confeſſione, eam quam leuem agnoſcit in cadendo, mittet confeſsarius poſt ipſam lenomen, vt poſt quam eſt domum ingreſsam, nomine ſuo eam ſollicitet, aut in itinere. Sentit Graffius l. c. de Peirinis tom. 2. priuileg. conſt. 4. Greg. XV. n. 2. circa finem; pęna enim data eſt ſollicitantibus confeſsarijs ſiuè per ſe faciant, ſiuè per alium.

13. Decimus tertius dubius eſt, an qui manet in Eccleſia confeſſarius, & venit mulier ad ſe confitendam, & antequam mulier incipiat ſuam confeſſionem prędicta mulier confeſſarius illam ad turpia ſollicitat, nihil trattando de confeſſione antecedenter, vel ſubſequenter: cui dubio reſpondeo, quod ſi confeſſarius illi confeſſionem diſſuadeat, & loco medicinę præbeat venenum ſollicitationis, illam in manibus Diaboli tradit, quare puniendus eſt talis confeſſor iuxta Bullam

E Greg.

Gregor. XV. verum eſt, quod hæc mea ſententia aliquibus DD. videtur rigoroſa, ego tamen voco iuſtam.

14. An verò Inquiſitores poſſint procedere contra confeſſarios ſollicitantes filias ſpirituales extra confeſſionem poſt longum tempus, aut illas carnaliter cognoſcentes, negatiuam do reſponſionem cum Nauarro tom. 2. conſil. tit. de hæret. conſ. 1. n. 8. lib. 5. conſ. 1. n. 1. ita Graffius par. 1. lib. 2. cap. 48. n. 16. Freitas n. 51. qui pro me citat Azeuerd. Bonaccina de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 31. cum multis alijs, quamuis ſit ſacrilegium commiſceri cum filiabus ſpiritalibus, quia Eccleſia hoc prohibet, ita habetur ex cap. omnes, quo 30. quæſt. 1. quapropter ibi Symacus Papa idem aſſerit. Controuertunt tamen DD. an ſit circumſtantia in confeſſione aperienda, & vndequaque ſunt opiniones, vt apud Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 55. n. 3. & in ſelect. diſp. 11. a n. 1. an valida ſit abſolutio, quam dat confeſſarius filiæ ſpirituali, quem ante confeſſionem cognouit carnaliter, non eſt hic locus rei; ego tamen affirmatiuam partem defenderem.

15. Sollicitans verò in alijs Sacramentis non ſubditur Bullis latis contra ſollicitantes, ita de Peyrinis tom. 2. priuileg. conſtit. 4. Gregor. XV. §. 5. n. 17. Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 42. Caſtro Palao l. c. punct. 6. n. 3. Boſsius l. c. dub. 2. n. 7. & alij quam plurimi. Ratio eſt quia ſumus in pœnalibus, vndè currendum eſt reſtrictiuè, & cum Bullæ ſolum loquantur de confeſſarijs abutentibus ſacramento pœnitentiæ non debet fieri extenſio ad alia ſacramenta, verum eſt, quod ſollicitans in alijs ſacramentis ſuo ſuperiori denunciandus eſt, vt ſuperior talem inhoneſtum corrigat, &c. ita Pat. meus

Frat.

Frat. Hyronim. Trimarchi pag. 92. 93. de confeſſ. abutente à n. 66. vſque ad n. 68.

16. Et aduertendum eſt, quod præceptum denunciandi confeſſarium ſollicitantem obligat ſub culpa lethali, ita Enriquez lib. 6. in ſum. cap. 27. §. 7. in fine Rodriquez in ſum. par. 1. cap. 207. n. 1. Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 10. Acunna quæſt. 20. n. 1. Sanctarell. de hæreſi, cap. 46. n. 10. Bellochius de caſib. reſeru. par. 2. quæſt. 9. n. 205. Boſsius l. c. dub. 22. n. 72. & alij quam plurimi, nemine contradicente.

17. Probo concluſionem; etenim ſi concluſio poſita veritatem non haberet Bullæ Pontificiæ editæ a ſacramenti pænitentiæ honorem, ac reuerentiam, & ad animarum ſalutem fruſtatoriæ eſſent, quia nunquam ſortiretur ſuum effectum. Tum quia dictæ Bullæ ita in Italia, Hiſpania, & Luſitania receptæ ſunt, & ſunt in vſu, vſus autem eſt altera lex. Tum etiam quia multis in locis eſt caſus reſeruatus, at qui regulariter ſolum peccatum mortale reſeruatur, vt eſt ſententia communis Theologorum. Confirmo dictum, quia confeſſarius tenetur ſub mortali monere mulierem ſollicitatam, vt denunciet confeſſarium ſollicitantem; etenim mulier ſollicitata non denunciando peccat contra virtutem Religionis, nam Pontifices, & ſacra Congregatio dum tales conſtitutiones ediderunt, virtutem Religionis reſpexerunt, ne iniuria ſacramento pœnitentiæ fiat, nec odium in ipſum haberi poſsit.

18. Confeſſarij ſollicitantes mulieres in actu ſacramentalis confeſsionis ad inhoneſta, tam ante Bullas, quàm poſt Bullas Pontificias, ſunt ſuſpecti de hæreſi. Ratio eſt, quia ſacramentum pœnitentiæ ad redimen-

 das

das culpas datum eſt, adeo ex ſua primaria, & formali inſtitutione, ergo contra puritatem huius ſacramenti facit, qui eo vtitur ad committendum aliquod graue delictum, & actum inhoneſtum, eſt grauiter ſuſpectus de hæreſi, etenim quantum de ſe eſt videtur tale ſacramentum profanare, quæ eſt ſecunda pars concluſionis. Probo modo quo ad primam partem, nam huiuſmodi confeſsarij ſecluſis Bullis Pontificijs ſunt ſuſpecti in fide, atque malè de ſacramento pœnitentiæ ſentire; quia quantum eſt de ſe tentant profanare ſacramentum, tum quia de iure communi conuenit Inquiſitoribus facultas contra tales in fide ſuſpectos procedere, vt habetur in cap. ad abolendum in principio de hæreticis, & deducitur etiam ex cap. accuſatus in principio de hæretic. videatur Albertin. de agnoſcendis quæſt. 34. n. 46. Paramus de origine Inquiſit. lib. 3. quæſt. 10. n. 97. tenent hanc primam opiniónem concluſionis Pegna l. c. Acunna l. c. n. 20. Boſsius l. c. dub. 2. n. 6. Fouent ſecundam partem Rodriguez tom. 2. quæſtion. regular. quæſt. 27. artic. 1. in calce, & art. 2. Freitas in additam. ad Acunna quæſt. 8. n. 17. & quæſt. 2. n. 45. Sanctarell. de hæreſi cap. 44. n. 1. & 2. Pat. de Peyrin. tom. 2. priuil. conſt. 4. Greg. XV. §. 3. num. 6. Farinac. in praxi crimin. par. 3. de delict. carn. Trimarch. de confeſsar. abut. ſect. 4. n. 25. & 28. pag. 106. & 107.

19. Nec adeſt terminus pręfixus ad denunciandum tales confeſsarios delinquentes; ſed ſemper eos denunciare tenentur perſonæ ſollicitatæ, ita Suarez tom. 5. in 3. par. diſp. 20. ſect. 3. n. 14. Acunna quæſt. 21. n. 4. Freitas Ibid. n. 24. Facundez præcept. 2. lib. 4.

cap. 31.

Digitized by Google

cap. 31. n. 31. cum omnibus Theologis. Ratio eſt, quia Edicta Sancti Officij præcipiunt id quod de Iure naturæ facere tenemur, vndè cum de iure naturæ teneamur Sanctam Fidem Catholicam defendere; ſemper tenemur Edicta Sanctæ Inquiſitionis ſeruare; vndè pluries in anno, nempe in Quadrageſima, & Aduentu leguntur, & ad memoriã Fidelium renouantur, &c.

n. 20. Immo ſcientes, & non reuelantes intra terminum præfixum ſunt excomunicati, & non ceſsat eis vnquam obligatio reuelandi; videatur Nauarr. Graff. Lazar. Filucc. Bonacc. cum alijs multis.

n. 21. Et hoc eſt ita certum, vt etiam mulier ſollicitata in confeſsione, ſi conſentiat ſollicitatori, tenetur, vt ſupra ad denunciandum dictum confeſsarium, etiam ſi cum illo inhoneſtum peccatum commiſerit, ita Sanctarell. de hæreſi, cap. 44. n. 12. Bonacc. l. c. punct. 3. n. 10. Boſs. l. c. dub. 23. n. 83. Diana par. 1. reſol. moral. tract. 4. reſol. 9. de Peyrin. Hyer. Trimarchi, cum alijs innumeris DD. Ratio eſt, quia ſeruatur in praxi, & ſic Sacra Congregatio Eminentiſs. Cardinalium decreuit; ratio verò à priori eſt, quia Edictum de denunciando eſt latum abſolutè, abſque vlla reſtrictione; vbi igitur lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt apud Iuriſtas eſt vulgatum dictum.

n. 22. Aduertendum tamen, quod id totum, quod dixi de confeſsario ſollicitante mulieres, & de mulieribus ſollicitatis, idem dicendum, & de alijs perſonis in confeſsione ſollicitatis. Patet ex Bulla Gregor. XV. vbi habetur, (qui perſonas quæcunque illæ ſint) tenet Sanchez in ſelect. l. c. videatur quid dicant Laurent. de Franch. in ſuis controu. Flauius Cherubinus in compend.

Bullar.

Bullar. ſcol. 2. in conſtit. Pij V. tanto magis, quod ſollicitare pueros ad inhoneſta, eſt illos ſollicitare ad grauius peccatum, atque adeo maior iniuria irrogatur ſacramento, & hæc concluſio militat etiam in Hiſpania, vt benè aduertit R. P. R. meus Hyron. Trimarchi de confeſſ. abut. ſacramento pœnit. pag. mihi 129. n. 7. vbi multos citat auctores, & rationes quam plurimas affert.

25. Dubitatur etiam hìc, an ſciens ſollicitationem factam mulieri, aut puero in actu ſacramentalis confeſſionis à confeſſario, & hoc ſciat vel à confeſſario ipſo, vel à perſona fide digna teneatur denunciare ſollicitantem Inquiſitori, cui dubio, & ſi Lopez partem negatiuam defendat 2. par. inſtruct. cap. 10. verſ. quando excuſatur à denunciatione. Reſpondeo ego, & dico, quòd ille, qui audiuit talem rem à perſona fide digna tenetur denunciare dictum confeſſarium Inquiſitori, vel Ordinario loci; tenet Portell. l. c. Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 3. n. 31. Leſſius lib. 2. cap. 30. dub. 7. n. 49. Reginald. tom. 2. lib. 24. cap. 3. ſect. 6. n. 50. de la Cruz in director. conſcient. par. 1. pr. 8. art. 4. dub. 13. concluſ. 3. Roias de ſingular. fidei ſingul. 5. à n. 14. Io. Valerius de different. in vtrumque forum, verb. hæreſis, differ. 1. n. 4. cum alijs non paucis. Ratio eſt, quia quilibet ſciens de his, quæ in Edictis Reuerendiſſimor. Inquiſitorum continentur, tenetur denuciare dictis Inquiſitoribus, & eis indicare ſub pœna lethalis, & alijs pœnis, &c. dummodo certus ſit, quod ipſa perſona ſollicitata non velit denunciare ipſum delinquentem, & ita hoc eſt verum, vt frater fratrem, amicus amicum, filius patrem, & pater filium, etiam ſi hoc probare denuncians non valeat: ratio eſt, quia agitur

agitur de bono publico Reipublicæ Chriſtianæ, quod alijs bonis ſemper præferendum eſt. Videatur Trimarchi de confeſſario abutente, qui innumeros citat DD. par. 136. à n. 9. ad n. 18.

24. Quid autem dicendum ſit de illo, qui ſcit à perſona fide digna. D. Paulum ſollicitaſſe Bertam in confeſſione ſacramenentali, ſed hoc ſcit ſub ſigillo naturali, & cum iuramento promiſit non loquutum fore vnquam de hac re? dico quod tenetur denunciare, non obſtante naturali ſigillo, & iuramento; ratio eſt, quia illa denunciatio reſpicit bonum commune, & ſpirituale, ſigillum naturale, & iuramentum bonum priuatum tantùm, & temporale, ita Acunna quæſt. 18. n. 6. Sanctarell. de hæreſi cap. 9. n. 10. Bonacc. de denunc. diſp. 6. punct. 2. n. 4. qui citat Farinacc. Pegnam, & Suarium, tenet hoc etiam Caſtro Palao tom. 1. oper. moral., Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 70. art. 1. ad 2. & probatur ex cap. quincta vallis, & cap. tua nos de iure iurando, etenim iuramentum de re mala non tenet, nec quando cadit in damnum publicum, ita firmat Leſſius lib. 2. cap. 30. dub. 6. n. 47. cum non paucis DD.

25. Si verò aliquis Laicus, aut Clericus, qui non Sacerdos fingens ſe eſſe confeſſarium, & pœnitentem mulierem, quæ ad illum bona fide accedit, putans verè eſſe confeſſarium ad actus inhoneſtos ſollicitat, non ſubiacet pœnis contenptis, ac latis in Bullis Pontificijs, ita defendit Acunna quæſt. 13. Sanctarell. de hæreſi cap. 46. n. 9. Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 8. de Peyrin. tom. 3. priuileg. cap. 11. n. 3. in medio, Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 36. Souſa in opuſc. de confeſſarijs ſollicitantibus, tract 1. cap. 8. n. 4. Boſſ.

l. c.

l. c. dub. 10. n. 23. cum Diana par. 1. tract. 4. reſolut. 15. ratio probans concluſionem eſt, quia Bullæ Pontificiæ, etiam Gregoriana vltima ſermonem habent de confeſſarijs Sacerdotibus, ſub quo nomine nunquam veniunt laici, nec clerici; tanto magis quia ſumus in odioſis, ac pœnalibus, vndè non eſt hæc lex extendenda, ſed reſtringenda, tum quia etiam in conſtitutionibus Pij IV. & Pauli V. puniuntur illi, qui abutuntur ſacramento Pœnitentiæ in confeſſione ſacramentali cuiuſmodi non eſt illa, quæ fit laico, aut clerico, ſe fingente eſſe confeſſarium.

26. Verùm eſt, quod denunciandi ſunt tanquam de hæreſi ſuſpectos; ita Acunna quæſt. 13. n. 10. Freitas ibid. n. 29. Rodriguez tom. 2. quæſtion. regul. quæſt. 28. art. 2. & in ſum. par. 2. cap. 83. n. 3. Caſt. Palao l. c. Boſſ. l. c. conſtat etiam ex praxi Inquiſitorum, nec non ex Bulla Gregor. XIII. vt habetur apud Acunna l. c. n. 17. & eſt regiſtrata apud Trimarch. de confeſſ. abut. pag. 147. & firmat meam concluſionem pag. 149. n. 11. ita Freitas in addit. ad Acunna quæſt. 13. a n. 35. & tanto magis eſt vera hæc concluſio, quando Summus Pontifex Gregor. XIII. licet in Bulla incipiens officij noſtri partes, &c. vtatur his verbis [Miſſas celebrare, & confeſſiones audire, & abſolutionem impartiri, poſtea tamen addit, Miſſas celebrant, confeſſiones audiunt. Igitur tam ſubditur Inquiſitoribus non Sacerdos audiens confeſſionem abſolutionem non impartiendo, quàm ille, qui abſolutionem impartitur, dum in dicta confeſſione ſollicitat, &c. tum etiam quia iſti tales, de facto catholicam veritatem impugnant, atque adeo Inquiſitoribus ſubduntur. Confirmatur, quia talis confeſ-

ſio bona fide facta laico, vel clerico, Se confeſſarium eſſe fingenti; ex parte pœnitentis eſt confeſſio ſacramentalis, quia bona fide accedit, etenim eſt facta ad modum ſacramenti, & animo ſacramentalem abſolutionem recipiendi, vnde ex ea oritur obligatio ſigilli, vt teſtatur Gabriel. in 4. diſtinct. 21. quæſt. vnic. art. 2. concl. 2. verſ. ſic Paludanus l. c. Adrian. ibid. quæſt. vlt. de confeſſ. cum fere innumeris ſcribentibus:

27. Quod dicendum eſt etiam de confeſſionis interprete, etenim militat ea damnatio, nam ſi iſte in tali caſu ſollicitet, ſacramento abutitur, & illi iniuriam infert, atque adeo ſuſpectus erit de hæreſi. Tanto magis, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, de regulis Iuris in 6. at principalis in caſu noſtro eſt confeſſarius Sacerdos immediate confeſſionem audiens; acceſſorius verè eſt laicus interpres. Ergo ſequitur naturam ſui principalis, vndè fatendum eſt, intentionem Pontificum eſſe obligare acceſſorium, vnde mulier ab interprete ſollicitata in actu ſacramentalis confeſſionis tenetur dictum interpetrem denunciare Inquiſitori, & hoc non ſolùm de iure naturali, ſed de iure poſitiuo. Vide Trimarch. de confeſſar. abuſ. pag. 158. 159. n. 18. & 20.

28. Sacerdos carens iuriſdictione delegata ad confeſſiones audiendas. Audiendo confeſſiones ſollicitando pœnitentes incurrit pœnas latas contra confeſſarios ſollicitantes, & præſertim in conſtitutione Gregorij XV. firmat hanc concluſionem Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 40. Caſtro Palao tom. 1. oper. moral. tract. 4. diſp. 9. punct. 9. n. 1. Diana par. 1. reſol. moral. tract. 4. reſol. 17. cum Boſſ. & alijs grauibus Theologis, etiam ex

noſtris. Ratio eſt, quia & ſi non habeat poteſtatem delegatam, habet poteſtatem ordinis, & loco porrigendi panem pœnitenti, porrigit illi ſcorpionem.

29. Idem dicendum eſt de Sacerdote carente iuriſdictione delegata abſoluente à peccatis mortalibus. nam tunc ſuſpectus eſt de hæreſi. Supponitur etenim, quod iſte Sacerdos ſequutus ſit hæreſim illorum hæreticorum dicentium, quod ſeculares poſſunt eſſe miniſtri Sacramentorum Euchariſtiæ, & pænitentiæ; nec obſtat cap. placuit de pœnitentia, diſt. 6. nam contrarium eſt in praxi; debet enim taliter delinquens, meo iudicio, vt ſuſpectus de hæreſi ab Inquiſitoribus, vel ab Ordinario loci ſimul cum primo caſtigari.

30. Epiſcopus verò ſollicitans in confeſſione ad turpia mulierem, ſiue iuuenem non ſubditur Inquiſitoribus ordinarijs, ſed Sanctæ Sedi. Concluſio hæc probatur auctoritate, & ratione. Auctoritate, quia ſecundum Trident. ſeſſ. 24. cap. 5. de reformatione, de quo Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trident. k. c. n. 113. & 4. habetur etiam cap. Inquiſitores de hæreticis in 6. cuius Canonis verba ſunt ſequentia (Inquiſitores hæreticæ prauitatis, ab Apoſtolica Sede, ſeu alio, vel alijs quibuslibet deputatis de huiuſmodi crimine inquirere contra Epiſcopos nequeunt, aut eius pretextu procedere contra eos, niſi litteris commiſſionis, quod hoc poſſint contineatur expreſſe; ſi autem Inquiſitores ipſi Epiſcopos, aut alios Superiores Prelatos ſciuerint, vel inuenerint circa crimen hæreſeos commiſiſſe, aut de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos, id tenebuntur Sedi Apoſtolicæ denunciare.) Conſentiunt gloſſa in d. cap. Inquiſitores, & communiter firmant Auctores

Iuriſtæ.

Digitized by Google

Iuriſtæ. Rationem etiam demonſtro; etenim, & ſi Inquiſitoribus facultas conceſſa ſit contra omnes perſonas committentes hæreſim, vel de hæreſi ſuſpectas, &c. non comprehenduntur tamen Epiſcopi, niſi de eis in litteris fiat expreſſa mentio; ita Gloſſ. in d. cap. Inquiſitores; vbi autem requiritur mentio expreſſa, non ſufficit mentio generalis, vt eſt in caſu; videatur Acunna l. c. Farinacc. l. c. Iſidor. Maſſonius de maieſtate militantis Eccleſiæ, lib. 1. cap. 11. de Inquiſitorib. quem citare habet Boſſ. l. c. Barboſa in collect. tom. 3. lib. 5. 6. decreti de hæreſi, tit. 2. cap. inquiſitores n. 1.

31. Quod idem dicendum eſt de Epiſcopis electis, & confirmatis, ſed nondum conſecratis; ita Molina, Symanch, Barboſa, &c. Ratio eſt, quia iam habent iuriſdictionem Epiſcopalem, prout habetur in cap. tranſmiſſam his de electis, vnde in eis locum habet priuilegiũ cap. Inquiſit. de hæreſi in 6. & Trident. l. c. ſtatut. 1. non ita valet de electis, & non confirmatis, quia non dum ſunt Epiſcopi, vide auctores ſupra citatos in hoc n. 29. & 30.

32. Et Inquiſitores non poſſunt procedere contra Epiſcopos, & Generales Ordinum, poſſunt tamen contra eos recipere dicta teſtium ad ipſos Inquiſitores recurrentium; ita Simanch. l. c. n. 8. Pegna 3. par. director. Inquiſitor. comment. 26. vbi citat Repertor. Inquiſit. verb. Epiſcopus, §. ad ſecundum, Molina l. c. ſupra Acunna quæſt. 12. n. 9. & 10. de Peyrin. tom. 2. priuilegior. conſt. 9. Pauli V. §. 1. n. 2. ratio eſt, quia Inquiſitores tenentur enunciare ſuſpicionem hæreſis Epiſcopi, vel alterius Prelati Sedi Apoſtolicæ, & hoc facere non poſſunt, niſi dicta teſtium prius audiant; igitur, &c. Credo tamen, quod in tali caſu Inquiſi-

tores non poſſint procedere ad capturam contra dictas perſonas, quia talis comprehenſio inducit infamiam; vnde nimis cautè in hoc Inquiſitores ſe gerere debent.

33. Poſſunt tamen Eminentiſs. Cardinales Supremi Senatus S. Inquiſitionis contra Epiſcopos, & alios Prelatos procedere, & hoc vigore Bullæ Pij IV. quæ incipit: Romanus Pontifex, quam refert Cherubinus tom. 2. Bullarij conſt. 67. Pij IV. fol. mihi 97.

34. Confeſſarius ſollicitatus à muliere in actu ſacramentalis confeſſionis, ſi ſollicitationi cōſentiat, an in virtute Bullæ Gregorijs XV. ſit denuciandus. Reſpōſio affirmatiua admodum probabilis eſt. Firmant Souſa in opuſc. de ſollicitant. tract. 1. cap. 17. n. 8. & in addit. n. 13. & in aphoriſ. lib. 1. cap. 34. n. 27. Diana par. 1. reſol. moral. tract. 4. resol. 11. patet etiam ex verbis Bullæ ſi bene conſiderentur, neque valet auctoritas Acunnæ Freitæ, quia ante dictam Bullam ſcripſerunt. Adeſt etiam ratio, nam ille confeſſor committit actum inhoneſtum in actu ſacramentalis confeſſionis, & iniuriam ſacramento pœnitentiæ facit magnam.

35. Mulier ſollicitans confeſſarium ad inhoneſta in actu ſacramentalis confeſſionis non comprehenditur in Bullis Pontificijs, nec ſubiacet pœnis contentis in eiſdem Bullis; nam Bullæ ſunt latæ contra confeſſarios ſollicitantes in actu ſacramentalis confeſſionis, &c. Non verò contra ſollicitantes confeſſarios, & quia ſumus in odioſis non debet fieri extenſio. Firmat Acunna quæſt. 9. n. 5. Graffius lib. 2. de caſib. reſeruat. Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 20. de Peyrin. tom. 2. priuileg. conſtit. 4. Gregor. XV. n. 8. Lezana in ſum. quæſtion. regul. cap. 19. n. 34. Portell. in addit. ad dub.

regul.

regul. verb. ſollicitare, n. 9. & alij quam plurimi adhęrent.

36. Nec confeſſarius tenetur denunciare mulierem ipſam ſollicitantem in actu ſacramentalis confeſſionis, ita ex Bulla Greg. XV. illis verbis (mandantes omnibus confeſſarijs,vt ſuos pœnitentes quos nouerint fuiſſet ab alijs ſollicitatos moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, &c.) Vndè conſtat pręceptum Summi Pontificis datum eſſe pœnitentibus ſollicitatis, non confeſſarijs. Confeſſarius namque ſollicicitatus nullo iure denunciare tenetur, tanto magis quod ex ſollicitatione facta à muliere confeſſario nullum ſequitur incommodum publicum, neque corruptio Fidelium; mulier enim ſollicitat virum, qui ſupponitur fortis, & prudens, non ſic ſunt mulieres ſollicitatæ.

37. Iudex verò huius delicti ſollicitationis eſt tam Inquiſitor, quàm Ordinarius loci, vel copulatiuè, firmat Sanctarell. de hæreſi cap. 44. n. 2. in fine de Peyrinis loco ſup. citat. Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 23. Diana par. 1. reſolut. moral. tract. 4. reſolut. 29. Fagundez. præcept. 2. lib. 4. cap. 3. n. 31. verſ. per hanc verò Bullam, & alij quam plurimi relati a Pat. Trimarchi in hoc tractatu pag. mihi 216. n. 3. patet concluſio ex Bulla Greg. XV. §. mandantes Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs, cum id quod ſequitur in dicta Bulla, vt videre eſt, non tamen hoc facere poſſunt Superiores regulares, vt patet ex eadem Bulla vbi habentur hæc verba (etiam priuatiuè, quod ad omnes alios ſpecialiter) quod etiam decreuit S. D. N. Clemens Papa VIII. & Paulus V. in Bulla incipiens Paſtoris æterni; excipiuntur tamen illæ Regiones, vbi non

ſunt

Digitized by Google

ſunt Inquiſitores, nec non Ordinarij exercent manus Inquiſitorum, & hæretici ſunt multi, vbi ſuperiores regularium tales cauſas cognoſcunt, prout refert. meus Hyeron. Trimarchi in ſuo tract. de confeſ. abut. ſacram pœnit. pag. mihi 217. n. 7.

38. Puellæ verò, & fœminæ nobiles ſollicitatæ in actu ſacramentalis confeſſionis à confeſſario, non tenētur perſonaliter Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum, ſed per ſe ipſas, aut per confeſſarium, ſicut etiam Moniales, ita Lazarius par. 1. ſect. 2. quæſt. 17. in calce, & par. 2. de blaſphem. quæſt. 12. n. 65. nec non Boſſ. Portell. in addit. ad dub. regul. verbo ſollicitare n. 21. Boſſ. l. c. dub. 35. n. 98. & alij quam plurimi graues Theologi. Ratio eſt, quoniam durum eſt, vt pergant ad S. Tribunal, vel in curia Ordinarij; nam iſtæ tales multum timent, & inhoneſta proferre verentur; Tum quia perſonæ egregiæ non tenentur perſonaliter comparere coram Iudice examinandæ, vt habetur ex cap. mulieres de iudicijs, & in 6. l. ad perſonas, vbi DD. de iure iurando; ego tamen ſentio, qnod nullus ſit immunis à denunciatione, nam omnes tenemur mori pro Chriſti fide, ſicut Chriſtus paſſus eſt, & mortuus eſt pro nobis.

39. Non eſt tamen denunciandus confeſſor, qui conuentionem fecit cum muliere ad turpia peragenda extra confeſſionem, & confeſſionis locum, vocatus poſtea in domo mulieris ſi illam ſollicitaret, quia in tali caſu prætextus confeſſionis eſſet remotus, ita Freitas quæſt. 15. n. 4. contra Sancium diſp. 11. n. 60. par. 4. apud Diana tom. 5. reſol. 37. in qua re tamen ego me remitto meliori iudicio, & praxi Supremi Tribunalis.

40. Nec pœnitentia ſubitanea Confeſſarij ſollicitantis fœminam, aut puerum in actu ſacramentalis confeſſionis excuſat ſollicitatum, vel ſollicitatam à denunciatione. Defendit Sanctaroll. de hæreſi cap. 44. n. 18. Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 4. Acunna quæſt. 14. n. 8. quamuis non ita clarè loquatur Boſſius & multi alij graues Theologi; aliàs Bullæ Pontificiæ eſſent fruſtatoriæ, & quilibet confeſſarius ſollicitans poſset fingere ſe pœnitere de errore commiſſo, vt euaderet pœnam latam in Bullis contra ipſum. Tum quia in dictis Bullis abſolutè, & abſque limitatione puniuntur confeſſarij ſollicitantes, &c. in actu ſacramentalis confeſſionis, aut occaſione confeſſionis ſollicitantes mulieres, &c. confitentes ad inhoneſta; & ſiquis dicat, quod ſollicitatio facta ex vehementi paſſione animi eſt ſicut contractus, & votum, aut iuramentum factum coactè, vt firmant leges. Ego cum Sanctarello reſpondeo, quod hoc verum eſt, quando paſſio eſt ita vehemens, vt priuet hominem deliberatione, & vſu rationis, quod rarò euenit, vt ait Menoch. lib. 2. de præſumptionib. quæſt. 13. n. 1. videatur Trimarchius de confeſſar. abut. ſacram. pœnitent. pag. 228. & 229.

41. Neque eſt ſufficiens correctio fraterna, etiam ſi certum ſit, quod ipſa facta confeſſarius ſe emendabit ad excuſandum ſollicitatam à denunciatione ſollicitantis, quia talis denunciatio confeſſarij ſollicitantis non eſt ad ſolã emendationẽ delinquentis, ſed in vindictam, & pœnã tanto magis quia hic tractatur de vtilitate publica Reipublicæ Chriſtianæ, & ſpiritualis, quæ anteponenda eſt vtilitati particulari. Tenent hanc concluſionem Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 56. vbi citat Areualo de correctione

fra-

fraterna fol. 188. Gordenum in Theol. moral. tom. 2. lib. 6. quæſt. 12. cap. 25. §. 2. n. 68., venit etiam in hac ſententia Suarius de fide diſp. 20. ſect. 4. n. 11. loquendo de hæreſi, & hoc eſt verum, etiam quando certum ſit, quod confeſſarius ſit emendatus. Defendit Caſtro Palao tom. 1. oper. moral. tract. 4. diſp. 9. punct. 10. n. 1. etiam ego addo ſi de tali delicto confeſſarius non ſit diffamatus, ſollicitata tenetur illum denũciare. Pauci enim ſunt illi, aut ferè nullus, qui ſit diffamatus de hoc delicto, quia nimis ſecretè committitur. Defendunt hoc Acunna quæſt. 4. n. 2. Pat. de Peyrin. tom. 2. priuileg. coſtit. 4. Greg. XV. §. 3. n. 3. Caſtro Palao tom. 1. oper. moral. tract. 4. diſp. 9. punct. 10. n. 3. Maur. opuſc. 1. enſal. & in cant. ſect. 3. cap. 3. n. 11. Portell. in addit. ad dub. regul. verbo ſollicitare n. 11. & 20. ratio eſt, quia vt dixi nullus denunciandus eſſet.

42. Mulier ſollicitata poteſt abſolui a confeſſario, dum non denunciauit ſollicitantem confeſſarium, dummodo parata ſit ad denunciandum illum S. Inquiſitioni, ita practicatur etiam in caſu hæreſis formalis, vt teſtatur Sanctarell. loco ſupra citato in Sacra Pœnitentiaria vt tenent viri graues, inter quos eſt de Peyrin., quem ſequitur Boſſius: Ita ceſsat obligatio denunciandi, ſi confeſsor ſollicitator mortuus eſt, ita Trimarch. fol. 227. idem affirmat de confeſsar. ſollicit. qui captiuus eſt in manibus Turcharum non verò ſi reperiatur in loco Catholicorum, etiam diſtantiſſimo.

48. His poſitis, ac reſolutis difficultatibus ad meum inſtitutum redeo, nempè quomodo procedendum ſit contra confeſsarios ſollicitantes mulieres, vel alias per-

ſonas

Digitized by Google

ſonas in actu ſacramentalis confeſſionis; vndè dico quod accepta denunciatione à S. Tribunali, ſuper omnia Inquiſitores reſpicere debent ad perſonam ſollicitatam denunciantem, nempè an ſint perſonæ exceptionem patientes in honeſtate, nec non extraiudicialiter ſit perquiſitio de vita, & moribus confeſſarij denunciati; quia quando non inuenitur eſſe bonæ famæ facilius contra eumdem proceditur, & ſi captus, & examinatus fatetur delictum, torturatur ſuper intentione, ideſt ſi talia facta ab ipſo putauerit eſse licita in ſacramento pœnitentiæ, & perſiſtendo in negatiua, fit abiurare de vehementi coram confeſsarijs multis, & Curatis ad aliorum exemplum, & ſi fuerit regularis, coram confeſsarijs, & fratribus ſuis Ordinis condemnaturque ad triremes per quinquennium, vel ad longius tempus iuxta grauitatem cauſæ, & perſonæ qualitatm, ſuſpenditur in perpetuum ab auditione confeſſionis. Priuatur etiam voce actiua, & paſſiua inter Sacerdotes vltimum locum retinere debet ſi eſt regularis; & aliquando S. Inquiſitio mandat, vt legatur ei Sententia in proximo Capitulo ſuæ Religionis ad aliorum exemplum; at quando inhabilis eſt ad remigandum, vtique ad triremes condemnatur, ſed mutatur ei poſtea pęna in carcerem formalem pro eodem tempore, quo fuit ad triremes condemnatus.

44. At ſi ſollicitans delictum negat, ponitur tunc ad torturam pro veritate habenda, & illam ſuffert; inditia tamen non ſunt purgata ob qualitatem teſtium & veriſimilitudinem facti; debet ſaltem ad tempus ſuſpendi ab auditione confeſſionis, & aliquando poſsunt eſse talia inditia, vt ab officio confeſsarij ſuſpendantur

in perpetuum ſaltem pro mulieribus, & ſi adeſt ſcandalum, exiliatur ab illo loco.

45. Si poſtea mulieres ſollicitatæ, aut inimicitiæ ratione ſui, vel ſuorum parentum, & confeſſor denunciatus non ſit malæ famæ in vitio carnali; S. Officium non ſolet procedere, ſed denunciationes retinet in ſuſpenſo, & poſtea alia indicia ſuperuenientia, iudicat de illo quicquid iuſtum, & conueniens eſt.

46. Et quia multi confeſſarij delictum hoc committunt vocando mulieres in confeſſionario, non vt audiant earum confeſſiones, ſed vt habeant cum eis laſciuos diſcurſus, putando ſe tali modo à pœnis ſe ſubtrahere. Fuit decretatum à Supremo Senatu Sanctiſs. Inquiſitionis, vt etiam contra iſtos procederetur, & ab eodem S. Officio Inquiſitionis pœna arbitraria puniantur; dimittendo tamen abiura, quæ cum ſit fundata in abuſu ſacramenti pœnitentiæ, non habet locum in abuſu confeſſionarij.

47. Scelleri ſollicitationis ſollicitantes addunt aliquando perniciem doctrinæ, dicendo non eſſe peccatum, &c. in quo caſu interrogantur ſpecialiter de hoc & ſi fatentur talia dixiſſe, & talia ſe credidiſſe, fiunt abiurare de formali, at negando in tortura malam credulitatem, fiunt abiurare de vehementi.

48. Non omittam tamen aliquas difficultates non paruæ conſiderationis in ſollicitationis materia. Et primo, an mulier ſollicitata in confeſſione, vel ſciens aliquem eſſe hæreticum, teneatur denunciare cum ſuo graui damno, cum periculo vitæ, aut famæ. Sunt multæ de hac re DD. opiniones, inter quas Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 11. partem negatiuam defen-

Digitized by Google

defendit], cui ſententiæ multi ex Theologis adhærent, & ratio eſt, quia bonum religionis, ac ſacramenti pœnitentiæ præponderat in cōmodo, & damno pœnitentis, &c. quia hìc agitur de bono, aut damno particulari, illic de bono, vel damno totius Religionis. At ſemper bonum particulare poſtponi debet bono publico; & ſi hæc ſententia ſit probabilis.

49. Probabilior tamen contraria meo iudicio videtur, nempe, quod nullus cum ſuo graui damno teneatur denunciare, ita defendit Acunna quæſt. 19. Pat. de Peyrin. tom. 2. priuileg. conſtit. 4. Gregor. XV. §. 9. n. 28. Sanchez in ſelect. n. 65. Portell. in addit. ad dub. regul. verb. ſollicitare, à n. 18. Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 3. n. 31. in medio, Souſa in opuſc. de ſollic. tract. 2. cap. 7. vſque ad 10. & in aphoriſ. lib. 1. cap. 34. n. 58. Peregr. in regul. par. 1. cap. 5. littera M. verſ. limito primo, Lezzana in ſum. quæſt. regul. cap. 19. n. 34. in calce, Boſſ. l. c. dub. 29. ratio, quia lex poſitiua, ſiue humanum præceptum non obligat quando inde ſequuntur grauia incommoda; ita Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. 147. art. 3. ad 2. & in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 2. quæſtiuncula 4. Tum quia licet recedere à naturali, & humana lege, vt vitam ſeruare quis poſſit, & alia grauia damna; ita communiter Theologi, & Iuriſtæ tenent, ſed præceptum denunciandi confeſſarium ſollicitantem, vel hereticum occultum, eſt lex poſitiua, & humanum præceptum. Ergo cum graui damno nemo tenetur, &c. niſi quando ex deficientia talis denunciationis magnum, & grauiſſimum damnum Reipublicæ Chriſtianæ venturum eſſet, ita Sanctarell. de hæreſi, cap. 9. n. 16. Acunna l. c. n. 20.

 qui

qui hoc probat non ſolùm ex textu in cap. 2. §. cum autem, & §. præterea, de obſeruat. ieiunior. & ex text. in cap. diſcipulos, ibi fame coacti de conſecrat. diſt. 5. & ex text. cap. inter alia, 31. verſ. illud ibi, niſi articulum neceſſitatis immineat, de ſententia excomunicationis.

50. Ad ſolutionem talis obligationis denunciandi ſatis eſt, vt probabiliter euenturum credatur malũ, quod timetur, & difficiliter euitari poſſit, & minus ſolitus ſit in hoc delinquere, ita Souſa l. c. cap. 2. n. 10. 11. & in aphoriſ. l. c. n. 59.

51. Verum vnum eſt, quod rarò accidere poteſt, quod mulieres ſubdantur huiuſmodi timori, quia in Sancto Tribunali res ſecretiſſimè currit, & nomina denunciantis, ſicut & textium nunquam publicentur; non deficiunt tamen confeſſarij ſollicitantes, qui ſunt viri potentes, & ſanguinarij, qui ſemper deferunt arma, & potius milites apparent, quàm Eccleſiaſtici, & ſi vnam tantùm fœminam bonæ conditionis ſollicitauerint, ſtatim veniunt in cognitione, quod denunciauerit illa, & ſic iſta mulier poteſt timere ab illo aut mortem, aut infamiam, cicatricem in faciem, mutilationem alicuius membri, vel in ſe ipſa, vel in parentes. Quæ omnia pro vt loquuntur DD. poſſunt excuſare mulierem ſollicitatam, &c. à denunciatione, ſicut & alium loquendo tam de infamia iuris, quàm facti, ita Acunna l. c. Pat. de Peyrin. l. c. n. 30. cum alijs non paucis, & habetur ex lege nec timorem, 7. & iſti quidem, 8. §. fin. ff. de eo, quod metus, &c. & tenent DD. quos ſequitur, & citat Sanchez l. c. n. 14. tanto magis, quia metus infamiæ æquiparatur metui mortis,

vt in

vt in l. iuſta, ff. de manumiſſis, vindict. per illa verba. iuſta cauſa manumtiſſionis eſt; ſi periculo vitæ, infamiæque dominus ſeruum liberauerit, & ita docent Aragonius 2. 2. quæſt. 88. art. 3. §. pro explicatione huius difficultatis aduertendum eſt. Plaludanus, Ledeſma, Satus, Palatius, Rodriguez, quos citat, & ſequitur Sanchez l. c. n. 15. verſ. ſecundo.

52. Addunt etiam alij timorem amiſſionis bonorum, vel maioris partis, &c. & inſtrumentorum patrimonij excuſare à denunciationibus prædictis; ita Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 55. & Freitas in addit. ad Acunna de confeſſ. ſollicit. quęſt. 12. n. 21. & alij graues Theologi, quia talis metus cadens in virum conſtantem, ęquiparatur morte metui, vt probat Sanchez l. c. à n. 21. & habetur ex l. aduocati, 14. cap. de aduocat. diuerſ. iudic. quia per amiſſionem bonorum denuncians poteſt mutare ſtatum, &c.

53. Vltimo quęritur, an mulier capta amore alicuius confeſſarij, quem ſemper inuenit Sanctum, conſtantem, ita vt non potuerit illum ad ſuum velle trahere, vndè mediante alia fœmina magia confeſſariò operata eſt, ex qua confeſſarius ſuam prudentiam amiſit, & in actu confeſſionis talis confeſſarius mulierem amantem illum ſollicitauit, quęritur modo an talis confeſſarius ſit denunciandus.

54. Reſpondendum eſt cum diſtinctione, vel talis confeſſarius amiſit omnimode libertatem, vel non; ſi amiſit non eſt denuciandus, ſi non amiſit, eſt denunciandus, ſed non puniendus pœna ordinaria, benè tamen extraordinaria, & arbitraria, pro prudentia Reuerendiſs. Pat. Inquiſitoris: ratio eſt, quia non eſt veriſi-

veriſimile, quod Bullæ Pontificiæ ita arduæ ſint, at quia regulariter tales facturæ diabolicæ non totaliter lędunt libertatem, hinc eſt; quod ſecunda via procedi poteſt, deducitur ex c. lator, c. dilectus, c. ex litteris de homicidio, & ex l. 1. c. de ſicarijs, l. abſentes, §. vltim. de pœnis. Docent Decius in cap. à nobis, in princip. de except. & conſ. 64. Roman. & conſ. 473. Tenet Trimarch. de confeſſario abut. diſp. 14. ſect. 1. pag. mihi 260.

55. An denunciatione vnius mulieris facta Inquiſitori contra confeſſarium ſollicitatorem ad turpia in actu ſacramentalis confeſſionis, poſſint Reuerendiſs. Inquiſitores contra ipſum confeſſarium procedere ad capturam, torturam, & illum condemnare.

56. Secundum Peyrin. tom. 2. priuileg. conſtit. 4. Gregor. XV. §. 3. n. 6. diſtinctione procedendum eſt, aut mulier denuncians eſt bonæ famæ, aut non, & confeſſarius bonæ eſt: ſi ita ſe caſus habet, præſumitur mulierem denunciantem totum in odium feciſſe, & ſic non eſt capturandus, &c. ſi verò confeſſor eſt malę famæ, & mulier bonæ, eſt capturandus.

57. Cum hac aduertentia, quod ſi tam mulier denuncians, quàm confeſſarius denunciatus bonæ famæ ſint apud vicinos cognitos, & bonorum morum non facit materiam capturę denunciatio vnius mulieris, quoniam in tali caſu prævalet fama bona confeſſarij, ita docet Melphęſius in ſum. tom. 1. tract. 7. cap. 24. n. 39. in fine. & ita determinatum fuit in Suprema Romana Inquiſitione, vt per litteras Eminentiſs. Cardin. Mellini miſſas Vicario Generali Archiepiſcopi Genuenſis, prout refert Pat. de Peyrin. tom. 3. priuileg. cap.

11.

11. n. 4. datas ſub die 17. Iulij 1627. Romæ.

58. Si verò mulier malæ famæ ſollicitata a confeſſario, etiam malæ famæ, denunciatio talis progredi debet, & procedendum eſt ad capturam, conſulta tamen prius Sacra Congregatione Supremi Tribunalis Romanæ Inquiſitionis; videatur Trimarch. in hac materia pag. 289.

59. Non probatur tamen hoc crimen per teſtum duarum mulierum, ſic ait Sanctarell. de hæreſi cap. 44. n. 6. Pat. de Peyrin. tom. 2. priuileg. conſt. 4. Gregori XV. §. 7. n. 23. Bonacc. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 26. Sanchez in ſelect. diſp. 11. n. 46. ratio eſt, quia teſtificatio mulierum eſt muliebris, nempe debilis, & ſolùm admittenda eſt quando aliundè probatio haberi non poteſt, ita Maſcard. concl. 462. n. 6. & concluſ. 762. n. 16. & 22. & cum per ipſum Maſcard. teſtimonium trium fœminarum cenſeatur debile, multo magis duarum, in quibus ſemper ſupponitur odium, & vindicta, ac ſuperflua loquacitas, quæ vt plurimum ortum habet ex inuidia.

60. Sufficerent tamen mulieres ad plenè probandum bonæ famæ ſi quatuor ſint, quod relinquitur arbitrio Reuerendiſs. Inquiſitorum, ſpectatis circumſtantijs; vt teſtatur Sanctarell. l. in fin. Ad. R. P. de Peyrin. l. c. in fin. Freitas l. c. n. 25. vbi refert Iodoc in pract. crim. cap. 50. Rub. de prob. teſt. n. 25. Bonac. l. c. n. 27. Acun. l. c. n. 4. Ric. 3. bar. collect. 149. & in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut. 369. Diana par. 1. reſoluc. moral. tract. 4. reſol. 28. Belletr. diſquiſ. cleric. par. 2. §. n. 15. & præcipue quando confeſſarius ob tale delictum tradendus eſt brachio ſeculari, vt colligitur ex Bulla Gregor. XV. in

qua

quare Reuerendiſs. Inquiſitores debent adhiberi omnimodam diligentiam in inquirendo, an mulieres denunciantes confeſſarios ſint bonæ famæ, an inimicæ confeſſoris, &c. ſicut de confeſſario, prout aſſerit Molpheſ. l. c. à n. 38. Ricc. collect. 149. A. R. Pat. de Peyrin. l. c. n. 50. in fine, qui per tot annos in Inquiſitione Ianuenſi fuit Conſultor, & multas difficultates præ manibus habuit, ſicut & A. R. P. Hyeronim. Trimarchi Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum Qualificator idem docet.

61. Hoc delictum ſollicitationis poteſt probari per teſtes ſingulares, quando teſtes ſunt omni exceptione maiores, pro ut ſtatuitur in Bulla Gregoriana; vide qualis eſſe debet iſta ſingularitas apud Pegnam 3. par. direct. comment. 111. Farinacc. de teſtib. quæſt. 64. n. 4. & Pat. Hyeron. Trimarch. de confeſſ. abut. pag. 294. ratio eſt, quia tale delictum non poteſt ſciri, niſi per perſonas ſingulares, vndè ſicut brachio ſigilli confeſſionis probatur per teſtes ſingulares, & plenè probatur ita, & maiori ratione probabitur in caſu noſtro de delicto ſollicitationis, videatur Suarius tom. 4. in 3. par. diſp. 33. ſect. 8. n. 3. Henriq. lib. 6. cap. 19. n. 10. Acunna quæſt. 21. n. 10. & alij quam plurimi Theologi legantur, qui reperientur mecum in hoc teſtare, & hoc quod dixi eſt verum in caſu poſito, & quando ſimile delictum aliàs probari non poteſt; videatur Maſcard. l. c. concl. 762. & lib. 1. concl. 463. & Farinacc. de teſtib. quæſt. 59. n. 10. quæ quidem mulier denuncians ſine exceptione manens poteſt eſſe accuſatrix, & teſtis, ita Sotus de teger. memb. 2. quæſt. 4. concl. 8. Molpheſ. in ſum. tract. 7. cap. 24. n. 35. & 37. Bariola in flor.

Inqui-

Inquiſitor in fin. tit. in confeſ. ſollicit. fol. mihi 200. & 201. & alij non pauci graues Theologi. Dicet mihi quis: ego ſcio quod ſũ nimis Trimarchiſta, & gloriabor de hac re, ſed ego dicam ei, quod nimis auidiſta eſt, melius eſt ſequi doctrinam, & laborem ſuorum, quàm alienorum & in hoc laudo Thomiſtas, & Scotiſtas.

60. Videamus modò, an denunciationes factæ à Subditis contra ſuum Superiorem, & præcipuè inter Regulares recipiendæ ſint à Reuerendiſs. Inquiſitoribus, & quomodò? Ego dicerem non eſſe recipiendas, quia multotiès ſubditi pænitentiati ſunt à ſuo Superiore, &c. & in vindictam illum in S. Tribunali (quamuis iniuſtè denunciant) proferunt etenim aliquando Superiores aliqua verba obſcuriſſima, quæ ſenſum æquiuocum faciunt ad ſubditos reprehendendos, & ſubditi illis vtuntur contra Superiores, & præcipuè loquendo de ſubditis conuerſis, qui vt plurimùm ſunt ignorantiſſimi, & facillimè à malignis perſuadentur; vndè ego iudicio meo, ſi in hac re procedere deberem, priùs examinarem, aut inueſtigarē de vita ſubditorum, & moribus, antequam contra Superiorem illorum denunciationem acceptarem. Deduco totum ex c. Clericos 5. & ex c. criminationes, & ex c. querendum, 2. quæſt. 7. & colligitur nec non ex c. qualiter, & quando l. 2. verſ. licet autem hac de accuſat. & habent gloſ. & Archidiaconus in c. Clericos 2. quæſt. 7. & tenet Angelicus Doctor Aduocatus meus 2. 2. quæſt. 68. art. 1. ad 2. tenet quoque Aragonius, & Valentia tom. 3. diſp. 5. quæſt. 12. punct. 1. verſ. dicit tamen Caietanus ſpecul. lib. 3. de accuſat. §. 4. n. 7. Giſler de iudic. regul. cap. 16. n. 47. de Peyrin. cum alijs; tantò magis, quod pro-

bationes contra Superiores debent eſſe maiores; quàm contra alios, vt docet Pat. A Pruteo de ſyndic. verſ. probatio, §. contra officiales, n. 6. & verſ. teſtis §. fui ſemel n. 3. quid ergo, Amodeus Iuſtin. de ſyndic. n. 186. & 187. Auguſt. Dulcetus de ſyndic. n. 24. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci de offic. Proconſul. n. 14. Bouadil. tom. 2. Polit. lib. 5. cap. 1. n. 200. Maſcard. de probat. tom. 2. concl. 957. n. 28. & tom. 3. concl. 1254. n. 18. Rodriguez tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 77. art. 4. Thomas à Ieſu de viſit regul. tract. 3. cap. 14. n. 6. de Peyrin. l. c. n. 8. & ita debet ſeruari in praxi.

61. Dicunt tamen DD. quod ſententiæ latæ ab Inquiſitoribus contra ſollicitantes non debent legi in publico actu fidei, ſed in ſecreto coram Conſultoribus Eccleſiaſticis, ne, ſi legerentur in publico actu fidei, multi a receptione ſacramenti pænitentiæ ſe abſtinerent, & Hæretici, qui tale ſacramentum deteſtant omninò Sacerdotes noſtros irriderent, & ad ſummùm vocantur Parochi, & duo Confeſſores, cuiusvis Ordinis, ita Molpheſ. l. c. n. 41. Souſa in opuſc. de ſollicit. tract. 2. cap. 21. n. 12. & in aphoriſ. lib. 1. cap. 34. n. 72. Bariola in florib. Inquiſit. tit. in confeſ. ſollicit. fol. 230.

62. Putarem tamen ego, quod ſi Confeſſarius ſollicitans malè ſentit de ſacramento pœnitentiæ debeat abiurare de vehementi, ſi ductus eſt ad tale delictum patrandum ardore luxuriæ, debet abiurare de leui, & prò qualitate exceſſus, & ſecundùm continuationē delicti puniri debet, videatur tex. in c. accuſatus, c. vt officium de hæreticis in 6. probat Symanca de Catholic. inſtit. tit. 50. n. 24. Albertin. de agnoſcend. propoſit. hæretic.

quæſt.

quæſt. 34. n. 46. hodie tamen in praxi eſt quod fiunt abiurare de vehementi, condemnantur ad triremes per quinquennium, aut ad ſeptennium ſi apti ſunt ad remigandum, aliàs commutatur eis pœna in carcerem. Priuantur officijs, & Beneficijs ab executione ordinum priuantur voce actiua, & paſſiua, & declarantur inhabiles ad obtinenda officia, ſiuè Beneficia in futurum; vlteriùs datur eis in pœnitentiam, quod in Choro, ac Refectorio (ſi Regulares ſint) vltimum locum habeant.

63. Addit Caſtro Palao l. c. quod ſi ſollicitatio ad plures perſonas ſe extendit, vel cum illis turpitudines graues cõmiſit ab omnibus Religioſis poſt latamſententiam flagellatur, nec non puniatur exilio, carcere perpetuo, abſque vlla ſpe veniæ, & alijs pœnis ſecund. qualitatem criminis, etiam traditione ad brachium ſecularis Curiæ ſi opus fuerit.

64. Adſtantes tamen abiuræ confeſſariorum ſollicitantium tenentur ſub lethali culpa non manifeſtare delinquentem, ita Souſa in opuſculo de confeſſar. ſollicit. tract. 2. cap. 16. n. 8. ratio eſt, quia infamia huiuſmodi delicti S. Tribunalis limites non excedit, tantò magis quandò talis ſententia ob bonum cõmune occultè profertur; nec Iudices S. Tribunalis infamare intendunt, ſed ſolùm punire, & damnum publicum euitare, ac ſacramenti pœnitentiæ ſeruare decorem, & puritatem. Limito tamen quando Inquiſitores ponunt pœnam excomunicationis contra loquentes de tali perſona, vel dat præſentibus iuramentum de ſilendo, ita Freita in addit. ad Acun. queſt. 24. n. 49.

65. Debent tamen PP. Inquiſitores plura attendere in caſtigando confeſſarios ſollicitantes. 1. Grauitatem

vtriuſque perſonæ. 2. Dignitatem, & affectum ſollicitantis. 3. Numerum ſollicitationum. 4. Tempus in quo delictum ſollicitationis commiſſum eſt. 5. Damnum, & ſcandalum indè ſequutum; quapropter non pro qualibet ſollicitatione imponi debet pœna grauis; vndè ſi ſemel confeſſarius ſollicitat fœminam ordinariam ſatis erit ſi priuetur officio confeſſarij; ita Genuenſis in praxi Neapolitana cap. 66. n. 2. & Vererus l. c. n. 14.

66. An regularis priuatus confeſſione à S. Tribunali ob ſollicitationem vnius mulieris tantùm in ſacramentali confeſſione, ſit inhabilis ad officia Religionis. Quicquid dicant DD. in contrarium ſentientes, ego firmo priuatum eſſe vtraque voce, ratio eſt, quia Superior habet curam animarum, & etiam ſi pœnitentiam compleuerit carceris adhuc remanet ſuſpectus, vt poſſit in hoc deficere, & ſemper remanet ſuſpectus ſi a Sac. Congregatione, vel à SS. Papa non habilitetur, iuxtà Bullam Vrbani VIII. ſub datum Romæ die 1. Octobris Anno Domini 1626. quod Decretum, ſiuè Bulla reperitur apud Peyrin. tom. 2. priuilegior. conſtitut. 9. Pauli V. §. 2. n. 29. Pat. Stephanus Iſnardus par. 1. Codicis minimi, verb. hæreſis, & Tambur. l. c. vbi dictum Decretum ponit, patet etiam ex c. ius publicum eſt 1. & c. infames §. porro 3. quæſt. 7. infamis enim dignitates conſequi nequit, Regul. 87. de regul. iur. in 6. Farinac. par. 1. pract. crimin. tit. de delict. & pœn. quæſt. 23. n. 526.

AP-

APPENDIX EX CVRIOSITATE

De Reuelantibus Confeſsionem Pœnitentium.

1. MOueor in hac re diſcutere, multi ignorantes, neſciunt non ſolùm quid ſit, & quantùm ſit ſtrictum ſigillum confeſſionis, ſiuè ſit ex vera malitia, ſiue ex ignorantia non verentur ipſis dicta à pœnitente propalare, quare hic pono difficultatem, an tales reuelatores ad S. Inquiſitionem punire pertineat.

2. Reſponſio pro me eſt affirmatiua ſecundùm doctrinam Alphonſi de Leon. de officio confeſſarij tom. 1. reſolut. 22. n. 12. cap. 2. qui dicit tales confeſſarios denunciandos eſſe S. Officio, & ita communis opinio arbitratur apud Carenam de offic. S. Inquiſit. par. 2. tit. 17. §. 23. n. 90. ſed reuera in contrariũ tenendum eſt, vt benè defendit Molpheſ. in ſum. triplic. iur. tom. 1. tract. 7. cap. 23. n. 68. Diana 4. par. reſol. moral. tract. 8. reſol. 95. & teſtatur idem Carena ſe nunquam vidiſſe ſimiles proceſſus agitari in S. Tribunali, & ſi aliquando de alijs non ſuſpectis, ideſt ex ſpecialibus Decretis Pontificum, etenim ex huiuſmodi ſigilli fractione non oritur hereſis, nec eius ſuſpicio, nec turbatio, aut impedimentum S. Tribunali, quod ſic oſtendo, ſi enim ex hac fractione ſigilli orietur hereſis ſuſpicio, eſſet ex fractione dicti ſigilli, & talis fractio non eſt actus hereticalis, ergo ſi quid oritur mali eſt ex iure poſitiuo, quod non legitur in Codicibus vllis, nec in corpore Iuris, ita Carena loco citatò.

3. Verum eſt, quod ſi confeſſarius reuelans confeſſionem crederet hoc eſſe licitum, vtique S. Officio ſu-

biectus eſt, quia tunc ſupponitur malè ſentire de ſacramento pœnitentiæ, ita Carena loco ſuprà cit. poſt Molpheſium, vndè dictus confeſſarius reuelans poteſt interrogari ab Inquiſitore, quid in hac re ſentiat de ſacro pœnitentiæ ſacramento, ita Carena n. 44. & 95. ſed hoc ſolùm eſt verum de confeſſario malæ vitæ, & alijs de hęreſi ſuſpectis, quia ſi hìc non concurrat, S. Inquiſitio non habet ius ipſum vocandi, vt alibi dictum eſt à me, cùm ſit ſolùm Iudex cognitor de rebus ad Fidem ſpectantibus, vt communiter DD.

CAPVT OCTAVVM.

Aliqua Dubia non parui ponderis proponuntur.

1. AN ſi Confeſſarius delinquens in materia ſollicitationis compareat ſponte ante Reuerendiſs. Patr. Inquiſitorem ante duorum teſtium depoſitionem, in carcerem recludi debeat; Negatiua eſt reſponſio pro Caſtro Palao l. c. n. 3. ſed conteſtata lite, & concluſa cauſſa, abiurare de leui debet; priuatur tamen auctoritate audiendi confeſſiones; ſi verò ſponte compareat ante omnem accuſationem, & vnam tantùm ſollicitationem fecit, vt alibi dixi acriter reprehendi debet abſque alia caſtigatione.

2. Si verò confeſſarius delinquens, negat crimen ſingulariter probatum per duos ſingulares teſtes, Inquiſitores, debet ſe informare de vita, moribus, & alijs qualitatibus teſtium illorum, & ſi ipſi teſtes ſunt ſine exceptione, & probant cum veriſimilitudinibus probabilibus, licet delinquens neget dummodo non probet teſtes eſſe illi inimicos, debet condemnari, iuxta

ſupe-

ſuperius dicta cum de pęnis latis contra ſollicitantes Palao l. c. n. 3. & 4. non debet tamen torturari, verum eſt quod non probato delicto accuſatus non poteſt caſtigari, videatur Bonacc. de denunciationibus diſput. 6. punct. 3. n. 24. ratio eſt, quia Iudex non poteſt aliquem punire, niſi ipſi conſtet illud delictum cõmiſiſſe, quia ſe exponeret periculo puniendi innocentem, & ſi Gregorius XV hoc reponat in arbitrio, & prudentia Supremi Tribunalis, quia ipſe Summus Pontifex vt puto, ſuppoſuit ipſos Eminentiſſimos habere praxim legum.

3. Dubium non parui ponderis eſt, ſi verbi gratia, quis confeſſarius conuinctus eſt coram Inquiſitore Florentiæ quod ſollicitauit Bertam in actu ſacramentalis confeſſionis, vel alium; quia delictum commiſit in quo redditur fidei ſuſpectus grauiter, & delictum eſt Piſis patratum, quis horum duorum Inquiſitorum erit iudex talis delicti, & delinquentis. Dico quod Piſanus debet eſſe iudex, nam ratione delicti reus acquiſiuit forum; ita Veterus lib. 5. examen Epiſcoporum cap. 17. n. 55. & in hoc omnia iura conueniunt, firmat Abbas in cap. ſanè, & cap. fin. de foro compet. n. 4.

4. Si verò in formando proceſſu contrà denunciatum ſollicitantem, res dubia remanet in probationibus, iudicandum eſt prò denunciato, ratio adeſt ex eo, quia crimen non præſumitur, vbi poſſibile eſt, quod ſine crimine aliquid fieri poſſit, & etiam quia munus, & dignitas confeſſarij ita poſtulant, ita Bald. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſuetudinibus. Dicitur autem rem eſſe dubiam, quando teſtes pro parte rei ſunt ita efficaces, ſicut illi, qui contra ipſum deponunt

Dam-

Damnati ad triremes à S. Inquiſitione non efficiuntur irregulares, ita Riccius par. 1. deciſ. Curiæ Neapolit. dec. 119. Homobonus in conſult. ca uum conſc. tom. 1. par. 4. reſponſ. 168. dummodo non ſit infamatus apud alios, quia tunc eſset irregularis, poſſet tamen diſpenſari ab Epiſcopo ſi clericus exiſteret, vel à ſuo Prælato ſi eſſet regularis. Trimarchi de confeſſ. abut. pag. 314.

Regulares condemnati ad triremes per S. Inquiſitionem, peracta pœnitentia, non poſſunt inſtitui in Lectores cuiuſuis ſcientiæ, aut artis liberalis abſque diſpenſatione Summi Pontificis, quia ſi non permittitur quod infames ſacrum faciant; nec in Cathedra debet permitti vt ſedeant, aut in ſuggeſtu aſcendant, c. ſi quis verò 11. quæſt. 3. & c. presbiteros qui, diſt. 50. habetur etiam c. infames §. idem teſtatur 3. quæſt. 7. ita docet Penna l. vnica c. de profeſſis qui in vrbe conſtat lib. 12. coll. 2. teſtatur R. P. de Peyrin. tom. 2. priuil. conſtit. 2. Pauli IV. tanto magis.

Si verò peracta pœnitentia vere reſipiſcant ex corde ad gratiam admitti poſſunt. Arg. c. ſiduo 35. q. 6. vbi gloſ. verb. Atque infames, dummodo non inter veniat ſcandalum, & periculum recedendi, & publice non fiat: c. beneualet, & c. ſacerdos dict. 50. nam non refert quis doceat, ſed qualis doceat c. ſecundum Eccleſiæ diſt. 19. puto tamen in hoc ſtandum eſſe prudentiæ boni Prælati.

Vnde non debet permitti perſona, quæ eſt infamis infamia iuris, vel facti ſupradicta, nec libros typis mandare, ſed debet quieſcere pœnitentiam agendo, ita Penna l. c. offererent c. nemo in peccatis de pœnitentia c. fin. 1.

CA-

CAPVT NONVM.

De Sortilegijs.

1. BOdinus de demonomania l. 1. c. 1. in principio quẽ ſequitur ſcaccia de iudic. ciuil. crimin. & hæret. l. 1. c. 12. n. 20. ita ſortilegium definiuit vt ſit (qui ad aliquid conſequendum diabolicis vtitur inſtrumentis) & ſortilegiorum ſpecies tres enumerauit Ghirandus, tract. de ſortilegijs 92. Farinac. quæſt. 20. n. 74. prima ſpecies eſt diuinatiua, qua mediante ſortilegi futura quædam, præſentia, vel præterita nubis ignota vaticinari conantur. Secunda ſpecies eſt ſortilegij amatoris, quod fit ad flectendos animos pudicos mulierum, vel virorum ad libidinem; tertia ſpecies eſt ſortilegij malefici, per quod infirmitates fabricantur, morbi, calamitates, & ſimilia in hominibus, vel brutis, ex quibus, aut mors maleficiati ſtatim oritur, ve illius corpus paulatim conſumitur.

2. Sub nomine autem ſortilegij veniunt omnes illi, qui dant operam rebus magicis, maleficijs, cum caracteribus, verbis incognitis nullius ſignificationis, in qualibet ſit lingua, cum abuſu ſacramentorum, vel ſacramentalibus rebus, aut benedictis, verbis Sacrę Scripturę, ſuffumigationibus, oblationibus cum proprio ſanguine, aut animalium, ſiue actibus religionis ergaDemonem, inuocationibus eiuſdem Demonis, procuraudo opus dicti Demonis, aut amorem; procurando necem alicuius, ſiuè theſauri inuentionem, vel pro conſeruatione monetarum, ita vt poſtquam expertæ ſunt in propria crumena redant, proacquirendis ſcientijs, aut dignitatibus, ſiue alijs ſimi-

 libus

libus rebus. Talia facientes ſuſpecti de hereſi ſe reddunt, non ſolùm ob ſacramentorum abuſum, & rerum ſacrarum actu ex ſua natura apoſtaſiam a Fide indicantium, ſed etiam pacto, quod ex talibus actibus, verbis, &c. infertur pactum cum Demone habere, implicitè, vel explicitè.

3. Illi dicuntur habere pactum explicitum cum Demone, qui cum illo iniunt pactum expreſſè, etiam ſcriptura exarata proprio ſanguine, promittendo illi eum inſeruire, dare obſequium, & adorare, promittendo eidem, vel propriam, aut alienam animam; renunciando Chriſtum, Virginem Mariam, & Sanctam Catholicam Fidem, conculcando Crucem Chriſti, & ſimilia; & e conuerſo Diabolus promittit ſortilego illi inſeruiendi, & ſatisfaciendi in ſuis deſiderijs, vel amoris, aut vindictæ, vel alijs ſimilibus. Signa verò ſenſibilia talis pacti, ſunt caracteres, verba incognita, abuſus, &c. non quia in ſeipſis vim habeant obligandi Demonem, ſed quia Demon fingit ſe obligare quotieſqunque ſortilegus facit illa ſigna, quibus tanto magis promptus eſt, ac libenter paratus inſeruire, quanto magis adeſt ſacramentorum, & ſacramentalium abuſus ob irriſionem tantarum rerum ab ipſo Demone, & ab illis ſortilegis factam; videatur Farinacc. quæſt. 181. n. 34. Bisfeld. de confeſſ. malefic. prælud. 6. per tot. Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. de ſuperſtitione cap. 9. Sanchez in præcept. decalogi lib. 2. cap. 38. n. 3. & ſeq. del Rius diſquiſit. magic. lib. 2. quæſt. 4. & 5.

4. Dicuntur habere pactum implicitum illi cum Demone, qui quamuis non paciſcantur cum illo immediatè,

diatè, nihilominus vtuntur eiſdem characteribus, verbis, &c. & abuſu ſacramentorum, ac ſacramentalium vt ſupra; vnde videntur conſentire intentioni primi auctoris eiuſdem ſortilegij, & ſic redduntur ſuſpecti de hæreſi vehementer; quidquid dicat Portello in dubijs regul. verbo ſortilegia n. 6. Boſnariens in deciſ. totius Theolog. lib. 3. c. 18. concluſ. 3. ex quo colligitur, hoc pactum tacitum cum Demone interuenire poſſe, etiam abſque eo quod ſortilegus intendat opem Demonis implorare, cum namque ſigna illa ſortilego vſurpata, ex ſola ſecreta hominis ope effectum ſperatum efficiant eo ipſo, quo quis vocat his, tacitè velle videtur Demonis opem; ita Sanchez loco ſupra citato in n. tertio; quod etiam docuit Caietanus ad 2. 2. q. 95. ar. 2. quem ſecutus eſt Simanca de cath. inſtit. tit. 63. n. 33. qui propter malitiam vtriuſque pacti ad hoc pertingit, vt qui talia pacta facit fœdus cum dei inimico, & iurato hoſte inire habeat.

5. Hi ſortilegi quando denunciati ſunt, & procedunt legitima inditia; ſolet fieri perquiſitio; quia, vt plurimum iſti tales retinent apud ſe ſcripturas cum characteribus, & magicis experimentis; caſtam virginem, clauiculam, almadel, centum regum, artem notoriam, ptolimeum, cumeliam, agrippam, petrum abalbano, opus mathamaticum, inſtrumenta magica, veluti enſe caraterizatam, &c. quæ omnia, ad Sanct. Tribunal deferuntur, vt delicti corpus, & fiunt recognoſci per patrem Inquiſitorem, ab eis iudicialiter, deinde interrogantur de delicto, &c. de diuturna pretenſione, dictorum inſtrumentorum, & ſcripturarum, ac rerum ma-

magicarum, nec non de vſu earumdem rerum, atque de complicibus, & ſi fatentur, ſolent torturari aliquantulum pro habenda vlteriori veritate, & ſuper complicibus, eo quia talis materia contagioſa eſt; interrogātur tunc ſuper intentionem, nempe an crediderint ſibi licitum eſſe operam dare rebus magicis; ſibi preualere Demonis operibus; habere fędus cum ipſo, illi honorem pręberc, & apoſtatare à vęro Deo?

6. Quando ſortilegia ſunt facta ad beneuolentiam perſonarum captandam, interrogantur in ſpecie ipſi delinquentes, an credant, aut crediderint quod Demon humanam voluntatem violentare poſſit, cum de ſua natura libera ſit; & quamuis aliqui ex ipſis ſortilegis, aut ignorantia (& maximè ſi fuerint mulieres, &c.) vel malitia, vt plurimum accidit hominibus, ob vehementem paſſionem amoris, quę turbat eorum vehementer rationem, fatentur credere (quod eſt hęreſis) cum non habeat Demon facultatē violētandi voluntatem noſtram; nihilominus S.Inquiſit. non facit abiurare de formali, ſed de vehementi, vel de leui; iuxta qualitatem perſonarum, aut effectuum impellentium, quia ipſi verè ſolum effectum credunt materialem, quem deſiderant, nec vlterius tranſeunt.

7. Circa hoc de fide eſt Demonem non poſſe violentare noſtram voluntatem, & ſi phantaſiam turbare poſſit, aut virtute ſignorum, aut ſanguinem commouendo, & humores, dando incentiua, ſpiritus excitando, & maximè in puncto, in quo perſona, quę deſiderat mulierum amorem, ſit ei præſente immaginatione; at quia ſimplices ex ignorantia, & paſſione ſenſuali obcęcati, neſciunt diſtinguere inter portionem ſu-

periorem rationis; & inferiorem, nempe ſenſus commotos caſualiter, hinc eſt quòd aliqui iſtorum dicunt ſe violentatas eſſe; & quod reſiſtere non potuere, & ſic obtinendo amorem ſuum putant violenter coactos eſſe in eorum voluntate; at quando ſortilegus ſit perſona ſapiens, & diceret in ſuo conſtituto ſe crediddiſſe, quod voluntas humana cogi poteſt, certè contrahit formalitatem hęreſis; & debet abiurare de formali; non cito DD. in hac re, quia res clara de ſe eſt, & ratiò eſt illa, quæ conuincit, & praxis, non verò auctoritas DD.

8. Aliqui ex iſtis, quamquam in perquiſitione inuenta fuerint ſortilegia, vel apud ipſos, aut in eorum domo, vel ſcripta manibus ſuis exarata, vel aliena manu; negant tamen vſum dictorum ſortilegiorum in tortura, in hoc caſu ordinaria via procedendo, fiunt abiurare de leui. Fallit nihilominus hæc regula ordinaria in caſu, quod perſona inquiſita non ſit ſimplex; quod retentio ſcripturarum ſortilegarum fuerit diuturna, quod qualitas illarum ſit perniciosa; quod omni ſtudio, & diligentia queſierit habere multitudinem de illis, & illas in ſuo repertorio ſcripſerit; vel ſcribere ab alio fecerit, ſi ſcribere neſciebat, ſed tantùm legere; & in tali caſu ſit abiurare de vehementi, ſicut ſi dat inditia ſufficientia, & abuſu talium ſortilegiorum grauatus eſſet, quia in tali caſu tortura non extenuat illi totaliter inditia, &c.

9. Quando verò veniunt inditia, aut ſcripturæ ſuperſtitioſæ S. Tribunali conſiderari debent omni diligentia a Reuerendiſs. Inquiſitore vna cum ſuis Conſultoribus, ac familiaribus fidelibus; an videlicet qualificatæ ſint, nec ne; qualificata ſortilegia dicuntur illa,

in quibus adeſt inuocatio Dæmonum, charatheres, aut verba incognita, abuſus ſacramenti, ſiue ſacramentalium, aut in ipſis fiat mentio ſcribendi in charta virgine, & maximè cum proprio ſanguine, aut extrahendi ſanguinem a volatilibus, vel ab alijs animalibus cum obſeruatione lunæ creſcentis, aut decreſcentis, aut inuocatur Deus, vel Sancti ſimiliter inuocantur ad conſequendum finem, quod aliàs eſt peccatum lethale, aut Miſſas celebrare deſuper res inanimatas cum vſu verborum conſecrationis ob finem peccati mortalis.

10. Non qualificatæ ſunt aliquæ orationes incompoſitæ, etiam cum diuino nomine, crucibuſque interpoſitis ob liberationem a periculis eas ſupra ſe geſtantes, præcipuè quando ibi adſunt verba Sacræ Scripturæ inſertæ.

11. Primæ cognoſcuntur in S. Officio, atque caſtigantur, ſecundæ Ordinario loci relinquuntur, & ſi aliquando S. Inquiſitio ob aliquam cauſam eas cognoſcit, aliqua monitione expedire ſolet, vel aliqua pœnitentia ſalutari. Sub nomine ſortilegij comprehenduntur etiam ſaghæ, ſeu ſtregones, qui maleficiare habent perſonas varijs modis, aut amoris, aut mortis, & præcipuè infantes lactantes.

12. Maleficiunt aliquando ad amorem eiſdem medijs, quibus vtuntur ſortilegi, coriolis, characteribus, proiciendo ſalem in ignem, proicere fabas benedictas, abutendo verbis ſacræ Scripturæ, vel verbis conſecrationis, ſcribendo eas in cartulis, puluerizando aliquas herbas benedictas, deinde illas pulueres proiciunt ſuper perſonas, vtuntur etiam magnete baptizata, &c. inuocando in his medijs Dæmonem vel expreſſè, aut tacitè;

citè; ſed vt plurimum maleficiare habent commeſtibilia; verba incognita in eis ſcribendo, atque characteres in fructibus; miſcendo pulueres in cibarijs; formant aliquando ſtatuas cereas; illaſque traſigunt ago; & prope ignem paulatim ipſas faciunt liquefieri, pronunciando ſuper eas aliqua verba tendentia ad amorem incendendum in illam perſonam; formant aliquando volumina ex herbis, capillis decerptis ex perſona maleficiata; accipiunt aliquando partes vnguium reciſarum, & ſuper iſtos globulos pronunciant verba incognita, ac Demonum inuocationes; ſepelliunt illas deinde in aliqua parte domus maleficiatæ perſonæ, & præcipuè ſub liminare ianuæ vnde maleficiatus tranſire debet. Hinc oritur quod cum dictæ res in ſe ipſis virtutem non habeant tales effectus producendi, Demon concurrit ſtante pacto explicito, vel implicito ſuo opere accendendo dictam perſonam, vel cruciando modo ſupradicto, & cum tactu inuiſibili paulatim eas conſumere facit, tangendo illos, vel immediatè, vel medio maleficio, tactibus herbarum venenoſæ qualitatis, vntionibus, aut pulueribus compoſitis ex peſtiferis ſimplicibus, ita vt aliquando perſonæ maleficiatæ conſumuntur abſque vllo remedio, cum medicus neſciat cauſam tanti mali, & eodem modo, ratione odij maleficiare habent.

13. In his caſibus cum ex ſe difficillimæ probationis ſint ita vt tantum negotium penetrari non poſſit, cum radix ſit occulta, & materia incerta; S. Inquiſitio maxima circumſpectione procedit; & diuturnitate, tam in credendo, quàm in proceſſando, & in hac re ferè nullus proceſſus inuenitur, qui ſit rectè fabricatus, quia vt plurimum fundantur in inditijs remotiſſimis, nempe

Digitized by Google

in minis, vt vulgariter dicitur [me la pagherai, te ne farò pentire, &c.] aut fundati ſunt in inditijs indifferentibus, veluti in rebus commeſtibilibus, quibus nutritus patiens infirmatur; tum etiam quia corpora delictorum huiuſmodi probari nequeunt, & illæ infirmitates a cauſis naturalibus prouenire poſſunt, quapropter in iudicio producere neceſſe eſt fidem Medici aſſerentis talem infirmitatem non eſſe naturalem, vel ſaltem, vt de hac dubitet, ſicuti in eodem proceſſu inſerenda eſt fides experti exorciſtæ, aſſerentis dictam infirmitatem cauſatam eſſe a maleficio (dixi experti exorciſtæ) quia ſunt multi exorciſtæ, quia omnes infirmitates faciunt maleficia, & ob paruam eorum experientiam, aut quia in tali re faciunt mercaturam; & aliquando etiam ſi perſonæ non ſunt maleficiatæ, ipſi exorciſtæ nutriendo humorem melanconicum in dictis infirmis, aut eorum illicita arte eos maleficiare habent, effectus peſſimos cauſantes, inconuenientia, atque grauia ſcandala.

14. Ex iſtis maleficijs parua educi poſſunt, cum vt plurimum ratione debilitatis indiciorum Inquiſitores præmere non poſſint, nihilominus quando vrgentia ſunt, proceditur ad capturam perſonæ indiciatæ, & ad torturam, & ſuper factum, & ſuper intentionem reſpectiuè; & ob factum, & opus Diaboli fiunt abiurare in illo gradu conuenienti delicti grauitati, & perſonæ; condemnantur ad carcerem, & ad alias pœnas minores, aut maiores, maioris, aut minoris iuxta perſonarum qualitatem, & delictorum.

15. At quia ſępiſſimè ſuccedit, quod de iſtis materijs loquendo in S. Tribanali Inquiſitionis rei, & maximè quando ſunt mulieres interrogatæ deſuper inditijs

ditijs præcedentibus fatentur ex ſe ipſis delictum commercij cum Dęmone, & quod ſe illi conceſſerunt in anima, & corpore, & ductæ fuere ab eodem ad iocum, ipſum adorauerunt, renunciando Deum, ſacramenta, conculcando Crucifixum Chriſtum Dominum noſtrum Redemptorem, negando Deum, ac B. M. Virginem Protectricem noſtram, faciendo alios actus apoſtaticos, & quod commiſerint, multa infanticidia, & quod in eodem loco diabolici tripudij viderunt, ac cognouerunt alias perſonas, & illas nominent, diſtinctè, debent obſeruare Reuerendiſs. PP. Inquiſit. poſt multas interogationes eis factas debent illas interrogare de tempore, & occaſione in qua inceperunt habere commercium cum Dęmone, & accepta ab eis narratione ſerum omnium, vel eorum vitæ, factis interogationibus eis de complicibus in delictis commiſſis contra deum in hac materia ſortilegijs, & maſſime de infanticidijs, neceſſe eſt vt verificentur, at fiunt abiurare de formali, vt dicam infra vt vehementer ſuſpecti de hæreſi formali, interrogantes ſi corde apoſtatarunt, an non; at ſi negant intentionem de vehementi condemnantur ad carcerem formalem; quando pręuenti ſunt accuſati ab indicijs, ad differentiam confeſſionis, quæ ſine præcedentibus inditijs ex ſe totum concludit; & proceditur contra tales perſonas delinquentes, non tamen contra illos quos nominarunt ſe vidiſſe in loco diabolico. In qua re eſt decretum ſpeciale Sacræ Congregationis vt contra ipſos non procedatur eo quia deponentes poſſunt decipi per diabolicam illuſionem. Sed quantum pertinet ad eorum, vel earum perſonas ſtandũ eſt ſuis confeſſionibus vt plurimum nihilominus inter duas mulieres, &

viros, meretrices, & concubinarios incidunt ſub S. Tribunalis iuriſdictione, quia vt faciant accedere ad domus ſuas amantes, & amatas. Sortilegia faciunt, verrere habent vt vulgo [il camino] proijciunt ſalem in ignem, fabas benedicunt annodant vt vulgo vocantur [naſtri] cum inuocationibus Demonis; dum miſſam audiunt cum aliquo certo numero nodorum ſupradictæ materiæ, & annodando dictam materiam verba incognita aliqua habent proferre, ſiue cognita, ſed laſciuia, atque indecentiſſima ad illud ſacro-ſanctum Sacrificium, & aliquando dicta verba obſcęna proferunt in actu ſacrificij, ſiue conſecrationis tam Hoſtiæ, quam Vini, aut eleuatione Corporis, aut Sanguinis, vel quando ſacerdos vertit ſe ad populum dicendo, Dominus vobiſcum abutendo rebus ſacris, ac candelis benedictis, recitando orationes S. Danielis. Sanctæ Elenæ, & aliorum ſanctorum, vel ſanctarum; quibus inuocant ſanctos, aut ſanctas ad finem eorum conſequendum; quod de ſua natura eſt lethale peccatum. Faciunt etiam ſortilegium amphoræ media virgine puella, aut puero, aut mulieris grauidæ faciendo pronunciare ſequentia verba ab illa, angele ſancte, angele benedecte, ob tuam ſanctiſſimã, & meam puritatem & mulieris grauidæ ob virginitatem quam in vtero habeo verbis alludendo creaturæ rationali ventre eiuſdem geſtatæ, qua propter tam virgines, ſiue ſint mulieres, ſiue pueri fatentur videre comparere ſibi in amphora aliquam figurã formatam varijs aſpectibus, quam figuram interrogant vt inueniant res deperditas, Theſauros abſconditos, aut res futuras ſapiant. Solent etiam aliqua miſtura vngere palmas manus virginis, ſi-

uæ

uæ mulieris grauidæ, in auribus quorum, vel quarum, ſuſurrant ipſimet ſortilegi aliquas voces incognitas deinde præcipiunt [virginibus) vel mulieri grauidæ, vt aſpiciant palmas manuum ſuarum dicendo vt veniat res & multi dicunt videre venire, & ſignis, aut nutibus reſpondere ad quod ab illo petitur.

16. Et iſti abſque dubio ſortilegi hæreticales, de quibus aliquá dicã in fine huius capitis, & iſti qui vſi ſunt iſtis ſortilegijs fiunt abiurare ſecundum qualitatem perſonarum, facti, & circunſtantiarum aggrauantium, & ordinarie de vehementi; vel ſaltem de leui, quando ex qualitate perſonæ. ſiue ex circumſtantijs dignoſcitur ignorantia, & ſimplicitas; condemnantur vt maneant in foribus eccleſiæ in diebus feſtiuis, cum candela accenſa in manibus, mittuntur in exiliũ, aut detruduntur in carcere formali, ſiue in propria domo, iuxta delicti qualitatem, & cum exeunt præcipitur eis vt ſe preſentent S. Tribunali locorum, vel ordinario loci, ſaltem ſemel in menſe quolibet quod, etiam fit delinquentibus in alio genere, vt refrenentur; aliquando fuſtigantur; verum eſt tamen quod ſi ſunt coniugati, & habeant filias nubiles. S. Inquiſitio ab hac pœna ſe abſtinet inferenda, & hoc ob ſui benignitatem, eo quia in ignominiam filiarum redundat, quæ non poteſt deinde nubere, & vxorati ſe alienant ab affectu vxoris quando fuſtigatæ ſunt.

17. Quare colligo ex Ceſare Carena S. titul. 12. n. 28. quod quæcunque ſortilegia fiunt a ſortilegis habentibus pactum expreſſum cum Dæmone, reſpectu operantis ſunt hæreticalia, etiam ſi talia non iſſent ratione operis, vt quia à Dæmone peteretur res ſuam facul-

tatem naturalem non excedens. Confirmat Martinus del Riuo disquis magic. lib. 5. ſect. 15. n. 2. verſ. 2. eſt etiam propoſitio Zanard. in ſum. diu. præceptorum p. 2. c. 64. verſ. 2.; cum multis alijs DD. vt videre eſt apud dictum Carenam loco citato; immo ego dico cum eodem Carena quod ſortilegium, etiam ad bonum finem factum punitur ab Inquiſitoribus, vt fuit deciſum in curia Archiepiſcopali Neapolitana, in quadam vetula 80. annorum, quæ huiuſmodi ſortilegia faciebat ad ſanandas infirmitates teſte Ricc. deciſione illius curiæ 144. volum. 2. videri poſſunt de hac re multa apud eundem Carenam loco cit. n. 29. & ſequenti.

CAPVT DECIMVM.

De Blaſphemantibus.

1. ANte quam loquar de modo procedendi contra blaſphematores, dicam, & explicabo quid ſit blaſphemia, quę & ſi diuerſimode definiatur à DD. mihi tamen magis arridet deffinitio Sancij in præcepta decalogi lib. 2. c. 32. n. 1. quod ſit locutio falſa contra deum per modum conuitij, quam etiam tenet Bannes 2. 2. q. 2. ni fallor. art. 1. notabili 2. quæ quidem blaſphemia conſiſtere poteſt in ſignis, aut factis. V. G. ſiquis immagines conculcet, ita aliqui doctores, verum eſt nihilominus blasphemiam in ſolis verbis conſiſtere prout aſſerit Suarius de Religione tom. 1. lib. 1. de irregular. tot. c. 4., dummodo verba proferantur mente, ore, vel ſcripto, affirmando aliquod falſum de Deo, vel negando de illo verum. V. G. vt Deus eſt iniuſtus, aut Deus non eſt miſericors, &c. quod poteſt accidere non

ſo-

ſolum ſi blaſphemus vtatur verbis indicatiui modi, ſed etiam ſi verbis optatiui, vel imperatiui; videatur de hac materia Cęſar Carena, pagina mihi 157. & 158. cum ſequenti, vbi agit etiam de hæreticali blaphemia latiſſime, & cum omni diſtinctione, ac claritate.

2. Blaſphemi igitur, vt tetigi numero primo, in hoc capite dicuntur illi, qui blaſphemias hæreticales proferre habent, & in S. Tribunali puniuntur, prius contra eos formato Proceſſu. Blaſphemiæ hæreticales autem in praxi ſunt exempli gratia ſequentes: (Rinnego Dio, al diſpetto di Dio, Traditore tu non puoi fare &c. Puttana della Vergine) & omnia illa, quæ opponuntur veritati contentæ in Symbolo, vel in articulis Symboli. Verùm eſt, quod blaſphemia iſta (Puttana di Dio) non reputatur omninò hæreticalis, & id circo quando quis de hoc tantùm denunciatur, non proceditur contra illum, benè tamen quando eſt annexa cum aliqua ex ſupra dictis.

3. In hac materia Tribunal S. Inquiſitionis ſolet conſiderare, an tales, ac ſimiles blaſphemiæ prolatæ ſint in actu collerico, aut extra coleram, & in vtroque modo ſemper attenditur conſuetudo blaſphemantis, qua propter colera minuere habet ſuſpicionem crudelitatis, & intentionis, & etiam pœnam, maximè in actu rixoſo, ſiue in ludo cum iactura; vndè pro prima vice fiunt abiurare de leui, prętiia tortura ſuper intentione; ſimul in pœnam pecuniariam condemnantur ſi habent facultates, ſecundum perſonæ qualitatem, & delicti, præceptantur etiam ſub tali, vel tali pœna, vt ſe abſtineant in futurum a blaſphemia; & illi, qui ſunt faciles ad blaſphemandum in ludo, præcipitur vt

a ludo

a ludo ſe abſtineant ſub graui pœna,& hoc vt fugiant occaſionem blaſphemandi, & id quod de blaſphemante, in ira, & ludo, dico de ebrio blaſphemante. Videatur Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 20. n. 47. Lazzar. de blaſphem. quæſt. 7. n. 61. ſequent Salcedo addit. cap. 113. circa finem verſ. excuſabitur autem is. Idem iudicandum eſt de ebrio, ac furioſo, & mente capto l. omne delictum, §. ac de furioſo. ff. de re militari. Idem dicendum eſt de dormientibus, Salcedo vbi ſupra. Sed non militat de ebrio leuiſſimè ebrio, quia hæc ebrietas non turbat mentem, ita Bald. l. 1. n. 40. c. vndè vi, quia talis ebrietas ſolùm hominem hilarem facit, non ſic Grauis ebrietas, quia iſta mentem turbat.

4. Verùm eſt, quod ſi in ludo, vel in riſſa auſus quis eſt blaſphemare hereticaliter, augetur gradus abiuræ, & pœnæ iuxta grauitatem blaſphemiæ hereticalis, Ratio eſt, quia cognoſcendo ſe facilem eſſe ad blaphemandum, tenetur occaſiones fugere, aliàs ſe exponint periculo euidentiſſimo, quod reputatur voluntarium.

5. Dico tamen, quod ſi iſti riſſoſi, ludentes, ac ebrij leuiſſimè, ſtatim ac blaſphemarunt ex cauſa excuſabili (aliquo modo) coram preſentibus eo ipſo, quod ſe deliquiſſe nouerint, pectus obtunderint, vel alta voce dixerint, peccaui Domine miſerere mei, excuſantur ab omni abiuratione, quamuis non ab omni pœna, etenim per actus doloris externa ſuſpicio malæ credulitatis ab eis tollitur, Farinacc. quæſt. 20. n. 57. de delictis, & pœnis.

6. At ſi blaſphæmiæ hæreticales extra coleram prolatæ ſunt, vt a vulgo dicitur (a ſangue freddo) aut leuiſ-

leuiſſima occaſione, ſicut aggrauant intentionem proferentis, dantes indicium malæ credulitatis, dum aliàs non apparet aliunde occaſionem habuiſſe, & ſic etiam aggrauat abiurationis gradum, & perſonæ vili imponitur ſtare præ Foribus Eccleſiæ, affigẽdo illi inſcriptionem in pectore, aliquando ſuſpenditur in tormento (vulgò detto la Capra] publicè aliquando fuſtigantur, & mittuntur in exilium, & aliquando condemnantur ad triremes, maximè quando ſunt conſuetudinarij. At ſi ſunt perſonæ nobiles, aut ſaltem ciuiles, condemnantur ad carcerem formalem ad tempus, vel in propria domo, cùm mulcta pecuniaria, præceptis, & pœnis grauiſſimis ſalutaribus, & quando de iſtis eſt fama, quod negligant Sacramenta, debent iſti deferre fidem in S. Tribunali de frequentia Sacramentorum, & executione penitentiæ ſalutaris impoſitæ illis, quod aliquando ſolet hoc fieri pro alijs delictis.

6. Solent cum blaſphemijs aliquando eſſe admiſtæ aliquæ iniuriæ, & improperia erga Deum, V. G. (Dio cornuto, Dio becco) & ſimilia, quæ omnia puniuntur grauiter, ſicut & aliquæ imprecationes, vtpote maledictus ſit Deus, maledicti ſint Sancti, maledicta ſit Beata Virgo, poſſit ſubuerti, aut naufragari Deus, & Paradiſus, Ego volo me ipſum Diabolo tradere; in qua re Inquiſitores ſolent nolle in hoc procedere, ſed Ordinarijs relinquunt, & ſi aliquando ob rei grauitatem in hoc manum ponunt Inquiſitores graui monitione ſolent tales expedire, ac pœnitentijs ſalutaribus.

7. Inter iſtas blaſphemias accidere ſolent aliquando ſequentia verba, vel ſimilia, nempe [Dio ſe ti aueſſi nelle mani ti vorria cauare il cuore, &c. ſe tu non mi

fai.

ſai venire, o non ſai la tal coſa non ti voglio credere) & hic modus loquendi, abſolute loquendo eſt loquutio hæreticalis, primo quia facit Deum paſſibilem, ſecundo quia ſe Dei rebellem facit, tertio quia etiam ſi Deus non concedat id, quod ab eo petitur quiſque tenetur credere illi.

8. At quia vt plurimum talia verba in actu iræ proferuntur a S. Inquiſitione, non proceditur contra talia verba proferentes toto rigore circa credulitatem, ſed quando ſimul cum alijs, & omnibus ſimul iunctis, ac conſideratis, ad arbitrium puniuntur, tam circa abiurationem, quantùm circa pœnam; videatur Zanardus in ſum. diuinor. præcept. cap. 11. de blaſphemia par. 1. verſ. blaſphemia, Locatus in 3. caſu Placentiæ deciſ. adde etiam Roia conſ. 63. n. 7. lib. 3. & Farinac. quęſt. 194. n. 9. de hæreſi.

CAPVT VNDECIMVM.

De retentionibus librorum prohibitorum.

1. SVccedit quandoque, ac ſæpe quod in S. Inquiſitione, denunciantur retinentes libros prohibitos, vel inditiantur, vnde Tribunal ſanctum primo facit perquiſitionem debitam de tali ſuppoſito ac denunciato delicto; deinde à S. Inquiſitione tria præ oculis habentur, primo perſonarum qualitas, ſecundo qualitas perſonæ dictos libros retinentis, & diuturnitas ipſorum retentionis, ſi perſona inditiata, eſt intelligentiæ maximæ, vel ſaltem bonę, & libri ſint perniciosi continentes propoſitiones hęreticales, vel erroneas proximas ad errorem in fide; & per aliquod tempus indi-

inditiati apud ſe retinuerint, interrogantur tales perſonæ, an dictos libros legerint; & ſi fatentur illos legiſſe, interrogantur in ſpecie etiam ſuper dictas propoſitiones V.G. in dicto libro, aſſeritur, hoc, & hoc, quid ſibi videatur de illa aſſertione; quid ſibi velint illa verba, &c. quem ſenſum videantur ſibi habere, & ſimilia; & ſi ſint propoſitiones quæ de ſua natura non poſſint ſenſum Catholicum habere; interogantur deinde ſuper intentionem; & ſi negant habuiſſe malam credulitatem; obicijtur eis quare longo tempore illos libros apud ſe retinuerint, & ſæpè ſæpius illos legerint, & cum diligentia conſeruarunt, atque maxima expenſa de lōginqua ad ſe illos peruenire fecerint, & mercarint rigoroſo pretio, & ſi indicati ſint intelligentes contrarium præſumitur, interrogantur etiam ſuper complices, nempe aquo, vel a quibus dictos libros receperunt, & mediante qua perſona venerunt ad illorum manus, ſi alijs comunicauerint dictos libros, nec non interrogantur ſuper vſum dictorum librorum vtpote, ſi inſeruierunt doctrinis contentis in dictis libris, tam in ſcribendo, quam in legendo, aut prædicando, &c.

2. Et quia non poſſunt dicti rei reſpondere tam clare, & veridice reſpectu eorum contumacia, & preſumptionis Tribunalis ſancti ita vt ſe ſatisfaciat, idcirco, ad torturam ponuntur de inueterata conſuetudine pro vlteriori veritate habenda, & ſuper complicibus, & intentione, & ſi de hoc nihil reſultat, fiunt abiurare de vehementi, ſi ſunt perſonæ religioſæ priuantur voce actiua, & paſſiua, ſuſpenduntur a diuinis, & officijs ſpoliantur, nec non ab exercitio legendi, ac concionandi, ad arbitrium Tribunalis Supremæ Inquiſitio-

ſitionis, & imponitur eis ſalutaris pænitentia; &c.

3. Verum vnum eſt meo videri, quod dicti libri prohibiti inueniantur apud perſonam bonæ famæ; talis inuentio librorum non facit inditium ad torturam, ita Farinaccius qui alios allegat. q. 180. n. 48., & ſic firmant DD. exemplo rei furtiuæ inuentæ apud virum bonæ famæ, & vitæ qui dicunt talem inuentionem non ſufficere ad torturam; firmat idem Farinaccius de furto q. 177. n. 1. & 5. Arnal. Albert. de agnos, affert Cath. q. 28. n. 25. & 26., Non ſic in homine malæ vitæ, & famæ de quo dicendum eſt quod concurrentibus inditijs aliquibus talis retentio librorum eſt ſufficiens inditium ad torquendum, & interrogandum vt ſupra Burſat. Conſil. 344. volum. quarto, Coſta de iuris, & facti ſcientia, & ignorantia cent. 1. num. 4. Homob. de bonis de examine eccleſiaſtico tom. 1. tract. 7. c. 2. q. 13. verſic. vnde primr.

4. At ſi negant inditiati legiſſe dictos libros, fit eis obiectio de veriſimilitudine, & retentione dictorum librorum nam tunc præſumptio ſtat pro fiſco, & ſi non poteſt tali via haberi veritas, deuenitur ſuper hoc ad rigoroſum examen; & quia multi ex iſtis ſolent ſe excuſare dicendo. Se neſciſſe quod in domo ſua fuiſſent tales libri, & quod ab eorum inimicis fuerint ibi repoſiti, cum de hoc non probent Sanctus Tribunal manet in ſua præſumptione contra dictos inditiatos, & vt veritatem habeat debet deuenire ad media rigoroſa, & ſecundum qualitatem perſonarum inditiatarum, librorum, & aliarum circumſtantiarum, fiunt abiurare ſaltem de leui, etiam ſi negent, quia & ſi non iudicandi ſint hæretici, ſunt tamen de hæreſi ſuſpe-

ſuſpecti ita Pegna ad directorium p. 2. Coment. 3. verſ. falluntur. G. epiropi.

5. Verum eſt quod ad incurrendum in excomnnicationem latam contra legentes, vel retinentes libros prohibitos neceſſe eſt, vt ſcienter legantur, vel retineantur Sanchez cap. 10. n. 33. Suarius ſect. 2. n. 18. Duardus ad dictum cor. 1. Bullæ q. 39. & 40. Marius alterius de cenſuris tom. 1. l. 5. diſput. c. 6. & dicta excõmunicatio extenditur etiam ad legentem dictum librum prohibitum in ea parte in qua nulla eſt hæreſis. Sanchez in ſumma lib. 2. n. 35. ni fallor.

6. Verùm ſi perſonæ, quæ libros prohibitos apud ſe retinuerunt ſunt ignari, ac ſimplices, & maximê de materijs contentis in dictis libris; & iudex prudens in conſtituendo dictos reos cognoſcit non eſſe in illis malitia, & quod lectura dictorum nihil mali impreſſerit in mentibus illorum; neque dubium aliquod in Fide Catholica, vſque adeo, vt procedant ſincere in fatendo veritatem ſuper complicibus ex vſu dictorum librorum, vt ſupra, nec ſe aggrauent in intentione, vt plurimum fiunt abiurare de leui, ſecundum inditiorum grauitatem, & diuturnitatem retentionis librorum, deinde paruitatem torturæ, ut territionem illis infertur. At ſi eſſent omninò ignari, itaut neque legere ſcirent, aut non intelligerent id quod legunt, e& dicti libri fuiſſent relicti in domo accuſati ab aliquo, tunc dimittitur abiuratio, & in reliquis mitiſſimè proceditur, & tandem hoc totum negotium in qualitate perſonarum attenditur, nec non in qualitate librorum inuentorum penes reum, atque in prudentia Iudicis diſcreti; ita omnes DD. de hac materia ſcribentes.

7. Si vero libri reperti ſunt penes hæredem, qui non dum omnes partes domus hæreditariæ vidit, & illuſtrauit, non contrahit vllo modo hæreſis ſuſpicionem, ita Pegna par. 2. com. 3. verſ. vt ergo gradus, Farinac. qui alios allegat quæſt. 180. n. 9. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 6. n. 18. Paramus de orig. S. Inquiſit. lib. 8. quæſt. 9. n. 148. cum alijs multis.

8. Sed ſi libri non continent doctrinas hæreticales, erroneas, vel ad errorem proximas, aut alterius qualitatis ſuſpectas directè, vel indirectè contra Fidem, ſed ſolum res ſcandaloſas, ac temerarias. Puniuntur retentores illorum librorum extraordinaria pœna arbitrio Iudicis abſque abiuratione, ratio eſt, quia non eſt abiurabilis, niſi illa materia, quæ ſecum fert ſuſpicionem vehementem, vel leuem de infedelitate, ſiue de hæreſi.

9. Quis ſit Iudex huius criminis? Diſtinguendum eſt, vel libri ſunt prohibiti ob hæreſim, vel ſuſpicionem falſi dogmatis, & tunc non eſt dubitandum, quod ad Inquiſitores huius delicti iudicium ſpectat. Sic expreſsè habetur in Bulla Pij IV. quæ incipit: Dominici gregis. At quando libri ſunt prohibiti ob res laſciuas, &c. Sacra Cogregatio Supremæ Inquiſitionis de vrbe, etiam ſi aliqui dicant, quod contra tales retinentes debeant procedere Ordinarij locorum, decreuit talis delicti iudices eſſe Reuerendiſs. Inquiſitores, vt per litteras eiuſdem Sac. Congregat. directas Reuerendiſs. Pat. Inquiſitori Cremonæ datas ſub die 6. Februar. 1627. per Cardinalem Mellinum, vt refert Cęſar Carena tit. 10. de retinentibus libros prohibitos, §. 2. pag. 213. n. 19.

10. Et ſi in Bulla Iulij III. incipiente : cum meditatio cordis , expreſsè præcipiatur huiuſmodi libros conſignari locorum Inquiſitoribus , non propterea legitur excluſiſſe Ordinarios. Verùm eſt , quod ego multum laudarem locorum Ordinarios , ſi non ſolùm retentores librorum prohibitorum , verùm omnem aliam cauſam ad S. Tribunal ſpectantem ad Inquiſitores remitterent , quandò apud illos ſecretum non vigeat nimis ratione eorum Cancellariorum , benè tamen apud Inquiſitores maxime reſidet .

CAPVT VNDECIMVM.

De edentibus carnem in diebus prohibitis .

1. MAgnam prouinciam ſuſcepi , Deus ſit mihi dux in itinere. Comedentes igitur carnes in diebus vetitis , ſępè in Sanctiſſimo Tribunali Inquiſitionis accuſati veniunt , at Inquiſitores , in hac re lento pede pergunt , quia in ſimilibus caſibus ſæpe inuenitur , vel quod denunciati non comederuut carnes in illa hora diuiſoria inter ſabbatum , & diem Dominicum , vel inter vigiliam & feſtiuitatem , vel in nocte mediante inter vnum , & alium ; aut erant infirmi , vel conualeſcentes ; & aliquando licentiam obtinuerunt , & ſi facultatem debitam non habeant ; qualitas morbi , & neceſſitas eos excuſabat ; & aliquando non recordantur ob eorum ſimplicitatem diei prohibiti , vt plurimum faciunt coloni , & in ſimilibus caſibus , maxime quando ab aliquo ſit abſque licentia ; ſiunt monitiones paternæ cum aliquo rigore , & imponuntur eis ſalutares pænitentiæ , & maxime vt ieiunent aliquos dies ;

2. An

2. An vero iſti ſint ſuſpecti de hęreſi, & quomodo? reſpondeo; quod ſi comedunt carnes in diebus prohibitis abſque neceſſitate, & maxime quando hoc faciunt cum ſcandalo, ac ſcienter; S. Inquiſitio debet cum rigore procedere, & maxime ſi de iſtis mala fama currat apud viros bonę famę; nempe quod non frequentent ſacramenta, quod moniti irriderent eos monentes, vel dicendo verba ſuſpicioſa nempe, manducate quę apponuntur vobis, vel quod intrat per os &c. quę verba ſolent abduci ab hęreticis contra catholicos, aut quod hęc eſt inuentio Pontificum contra legem Euangelicam, vel quod Eccleſia hoc non debebat, nec poterat facere talem prohibitionem, in quo caſu S. Inquiſitio debet tales interrogare ſuper intentionem cũ tortura rigoroſa, & fiunt abiurare ſecundum delicti qualitatem, ac perſonarum, atque adeo ſecundùm eaſdem qualitates condemnantur tamen.

3. Cum ſint iſti de hæreſi ſuſpecti quando non adeſt cauſa legittima, vt eſt infirmitas a Medico bonæ conſcientiæ approbata, vel a Parocho, aut ab Ordinario loci, quod ſi aliàs comedunt, ſunt ſuſpecti vehementer de hæreſi, & vt tales puniendi ſunt; videatur quicquid dicant DD. in hac materia, & præcipuè Repert. Inquiſitor. in verb. cognoſcere, verſ. ſed an iudex Inquiſitor, Pariſienſ. conſ. 169. n. 67. volum. 4. Pegna ad director. &c. par. 3. comment. 24. verſ. Eccleſiaſtica Sacramenta, & par. 2. quæſt. 55. comment. 80. verſ. & ob hanc præſumptionem, Riminald. Iun. conſ. 395. n. 20. verſ. quinque teſtes deponunt, Graſſius de caſib. reſeruat. lib. 2. cap. 10. n. 21. Riccius in praxi Fori Eccleſiaſt. impreſſa Neapoli de anno 1620. reſolut. 423.

verſ.

verſ. carnes comedentes. Totum deſumitur ex loquutione Diui Gregor. relata in cap. ſi qui ſunt, diſt. 81. qui dicit tale delictum eſſe peccatum paganitatis, &c. docuit hanc ſententiam Genuenſ. in praxi Archiepiſc. Neap. c. 18. n. 11. verſ. comedentes carnes, Pegn. ad direct. Inquiſit. par. 2. comment. 30. verſ. & ob hanc præſumptionem, ſup. cit. videantur Scribentes de hac materia, in qua ferè omnes dicunt, quod comedentes carnes ſine debita licentia, & cauſa iuſta, vehementer ſunt de hæreſi ſuſpecti, & per conſequens, vt tales puniendi ſunt, atque abiurare de vehementi debent, meo videri, quidquid dicant DD. praxi me remitto.

CAPVT DECIMVMTERTIVM

De illis, qui male loquuntur de excomunicationibus.

1. DE illis, qui malè loquuntur de excomunicationibus, multi veniunt denunciati in S. Inquiſitione, & aliquando Ordinarij locorum videntur eccedere in illos proceſſando ſub titulo S. Officij, quia fortaſſis reus dicit [ho in culo le Scomuniche, incaco le Scomuniche, &c.) & quia poteſt eſſe, quod Ordinarius illum excomunicauerit ob intereſſe proprium, adhærentiam, aut propriam ſubſtantiam, &c. vndè accuſati colericè loquuntur; & multoties ſunt prouocati, & incitati à modo procedendi Miniſtrorum ipſorum Ordinariorum, etenim non ſupponitur quod Epiſcopi velint vexationem ſuorum ſubditorum; qua propter S. Inquiſitio cum non habet ſuſpicionem de eorum intentione, neq; de eorum credulitate circa validitatem excomunicationum, & authoritatem eas fulminandi; regulariter ſolet

let illos expedire monitionibus, & ſalutaribns pœnitentijs. Sunt etiam aliqui ex iſtis, qui dicunt: Epiſcopus non poterat me excomunicare, quæ verba, & ſi tale faciant ſenſum contra Epiſcopalem authoritatem, prima facie, eſſe tamen poteſt, quod proferens dicta verba intelligat Epiſcopum non potuiſſe illum excomunicare in illo caſu particulari, de quo prętendit rationem ſtare pro illo, & iura; quare interrogantur ad hoc vt ſe declarent, & explicent legitime ſuam Intentionem; at ſi dicerent aliqua verba deriſoria erga excomunicationem, quæ verba indicarent Epiſcopos non poſſe excomunicare tunc debent interrogari, ac torqueri ſuper intentionem, & fiunt abiurare, ſecundum qualitatem Caſus, ac perſonarum, & ſic ſimiliter puniri; ita fere omnes ſcribentes.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De in ſordeſcentibus in excomunicatione.

1. ET ſi multi doctores dicant quod ad incurrendum quis in inſordeſcentiam requiratur perſeuerantia in excomunicatione, per triemnium, aut ſaltem per biemnium ſufficit tamen, annus completus non interruptus, & hoc etiam requirit pertinaciam cum clauium contemptu, ita Gloſ. Ioannes Andręas n. 10. Abbaſ. n. 7. Ricciullus de iure perſonarum extra Eccleſię gremium exiſtentium lib. 4. c. 7. n. 1. Marius alterius de cenſuris lib. 2. diſput. 6. c. 1. verſ. de ſecundo dubio & poſt DD. in C. cum bonę de ętate, & qualitate decidit Rota Rom. decif. 196. n. 2. in impreſſis poſt 2. volum. conſiliorum, vbi ad hoc allegatur ſigno

gno nol. conſ. 33. n. 10. verſ. preterea, & Decianus conſ. 14. n. 9. volum. 3. eadem Rota deciſ. 132. p. pr. in recent. n. 1.

2. Requiritur etiam ad incurrendum in hanc inſordeſcentiam quod excomunicatus habeat notitiam excomunicationis, & quod talis ſit declaratus a Iudice, qui poſſit hoc facere, aliàs nunquam poſſet dici inſordeſcere, vt optime decreuit Rota Rom. deciſ. 182. n. 2. & ſeq. quare ita inſordeſcens eſt de hereſi ſuſpectus ita Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.

3. De excomunicatis loquendo qui per annum perſeuerant in excomunicatione; ſunt aliqui locorum ordinarij, qui virtute illorum verborum, &c. ſiquis animo indurato per annum permanſerit excomunicatus, ſit ſuſpectus de fide, &c. & procedunt contra iſtos ſub titulo S. Officij quamuis vt plurimum tales excomunicationes fulminatę non ſint ob cauſam fidei (in quo caſu, non eſt dubitandum quod S. Inquiſitio debet procedere) at ſi eſt ob aliam cauſam, vt V. G. & ob proprium intereſſe, cauſa ſolutionis penſionis aut reſtitutionis alicuius rei, vel comparendi ob cauſas ad Ordinarium ſpectantes, cum tales perſonę non ſint de fide ſuſpectę circa credulitatem de auctoritate Epiſcoporum, ordinarius non debet contra tales procedere, ſub titulo S. Officij. Ratio eſt, quia & ſi per annum, & duos permaneant in excomunicatione, non ſupponendum eſt, quod ſemper ita permaneant cum animi duritie in deſpectu excomunicationis, ſed ob alias cauſas talem duritiem excludentes, vtpote, vel quia non potuerunt ſatisfacere, aut ob aliquam pretenſam rationem, vel alterius reſpectus ratione, cuius putant ſe eſſe excuſa-

tos. Sancta etenim Inquiſitio ſolùm procedit contra inſordeſcentes de fide ſuſpectos. Hoc deficiente adeſt Decretum Sacræ Congregationis ſæpe confirmatum, quod contra inſordeſcentes procedat Auditor Cameræ Apoſtolicæ, non citando tamen inditiatos ad reſpondendum de fide, at ſi in fabricando proceſſu inueniatur, vt verè ſit talis ſuſpicio, tunc dictus Auditor Cameræ, &c. debet inditiatum ad S. Officium remittere, vt ibi fiat cauſa, & iudicium.

4. Sic fuit in praxi per multos annos, ita ut de Anno 1589. die 18. Februar. Eminentiſs. Dom. Cardinalis Sanctæ Seuerinæ ſcripſit epiſtolam Epiſcopo Geracenſi, quod ſimiles cauſæ ad S. Officium non ſpectant, cum non ſit in vſu vt S. Tribunal cognoſcat cauſas ſimplicis inſordeſcentiæ in Cenſuris Eccleſiaſticis, ſi non habent aliquod annexum contra Fidem Catholicam, & Epiſcopo Trianeo aliam Epiſtolam ſcripſit ſub die . Auguſti non eſſe in vſu, quod S. Inquiſitio procedat contra ſimpliciter inſordeſcentes in Cenſuris Eccleſiaſticis, niſi quando excomunicati ſunt ex cauſa hæreſis, vel fidei per annum, vel concurrant inditia ſimilis materiæ, ac præſumptiones; & de anno 1591. die 22. Februar. Epiſcopo Ararzo alia epiſtola miſſa fuit, indicens, quod S. Inquiſitio Suprema Romana non habet in vſu procedere, niſi contra excomunicatos cauſa fidei, & inſordeſcentes ob alias cauſas, relinquitur iudicium penes Auditorē Cameræ Apoſtlicæ, aut Ordinario, vt Ordinario.

5. Ab hoc vſu aliquando receſſerunt Iudices Eccleſiaſtici, ſicut apparet ex littera ſupracitati Cardinalis de Anno 1595. data ſub die 1. Nouemb. directa Epiſcopo Geracenſi, in qua de mandato Sanctiſsimi ſcripſit. dictus

ctus Cardinalis prænominato Epiſcopo, vt procederet contra quemdam Ioannem Thomam Bernardum, tanquam de fide ſuſpectum eo quia malè ſentiebat de Cenſuris Eccleſiaſticis, qui prius citatus fuerat, & monitus tanquam inſordeſcens coram Illuſtriſs. Auditore Sacræ Cameræ Apoſtolicæ, & vt talis iudicatus fuerat per ſententiam ab eodem, & die 8. Decembris de eodem anno aliam epiſtolam ſcripſit Epiſcopo Terniano, quod quando voluerit procedere contra aliquem, tanquam ſuſpectum de fide ob inſordeſcentiam vltra annum in Cenſuris, aduertat vt prius ipſum citet ſuper inſordeſcentiam illum declarando, &c. ſeruatis ſeruandis, &c. inſordeſcente, quoniam in iſto iudicio multæ rationes allegari poſſunt, & impedimenta, quæ vera etiam ſi ſint in facto, non poteſt deueniri ad declarationem inſordeſcentiæ, & conſequenter, nec ad ſuſpicionem hæreſis.

6. Vndè deducitur ſequens regula, quod procedendum ſit contra inſordeſcentes, tanquam de fide ſuſpectos, neceſſe eſt, vt prius rei ſuppoſiti citati ſint, ac moniti, vt tales coram Auditore Cameræ Apoſtolicæ, vel ab Ordinario, & vt tales declarati per ſententiam, & tunc S. Inquiſitio ſine dubio, & cum omni ratione, deinde accipit, & facit contra eos tanquam de fide ſuſpectos, eo quia inſordeſcentia tunc qualificata ſua natura inducit ſuſpicionem malæ credulitatis Cenſurarum.

CAPVT DECIMVMQVINCTVM.

De Celebrantibus Miſſam, & adminiſtrantibus Sacramentum Pænitentiæ cum Sacerdotes non ſint.

1. Contra iſtos adeſt Bulla Pauli IV. & Clement. VIII. Summ. Pontificum confirmata in aliqua ſua Conſtitutione, quæ incipit: Et ſi alias fel. recordationis Paulus Papa IV. data die 1. Octobris 1601. vbi præcipitur, quod ſi aliquis inueniatur in tali delicto culpabilis, ac conuinctus, præuia degradatione, ſtatim tradatur Curiæ Secnlari.

2. In hoc delicto Sancta Inquiſitio procedit maturitate exquiſita, atque conſideratione, eo quia non ſufficit ipſi ſola rei confeſſio, etiam ſi præcedant inditia ſufficientia, ſiue per teſtes, aut litterarum patentalium inuentionem quæ licet falſæ appareant factę ab Ordinarijs? ſed quęrit vlterius, vtpote quod conſtet corpus delicti, ſcilicet, in quo loco, vel locis celebrauerint, vel Sacramentum pænitentiæ adminiſtrauerint, quo die, menſe, ac anno: quo dicit reus ſuppoſitus celebraſſe, vel adminiſtraſſe ſupradictum pœnitentiæ Sacramentum, & in quo altari, & loco Confeſſionis, ita, & taliter S. Inquiſitio quærit, vt probetur identitas perſonæ.

3. A pæna ordinaria aliquando excuſat minoritas, & quando delinquens ob ſuam ſtultitiam celebrat, &c. atque adeo in tali caſu poſt abiurationem de vehementi preuia tortura ſuper intentione condemnatur ad Triremes, ſi eſt habilis, & ibi ad decemnium, & idem fit cum illis qui quamquam non habeant exceptionē minori-

notitatis, non habuerit tamen S. Inquiſitio perfectam certitudinem de corpore delicti, nec de alijs neceſſarijs requiſitis.

4. Iudices huius Criminis ſunt Inquiſitores locorum nec obſtat Bulla Gregorij XIII. directa Inquiſitoribus Hyſpaniarum, quia inuiolabiliter inſeruit ad fauorem omnium Inquiſitorum, prout in terminis ſimilium conſtitutionum docuerunt Bartholus Spin. in tract. de ſtrig. cap. 3. verſ. quod etiam patet, qui loquitur in quadam conſtitutione directa ad Inquiſitores Germaniæ, Pegna ad directorium p. 3. comm. 158. verſ. præterea non arbitror, & in quæſtione de robore extrauag. in fin. litterarum Apoſtolicarum prò S. Officio n. 14. vbi vtrobique reprobat Burſat. in conſil. 43. n. 52. libro 1. Et inter decreta Romæ facta, a congregatione S. Officij fol. 475. & 476. Sanctiſſimus Pontifex mandauit hos reos per Iudices S. Inquiſitionis tradi etiam pro primo lapsu brachio ſeculari, & tali brachio relaxari, de quibus conſtitutionibus multi faciunt mentionem, inter quos Maiolus de regul. lib. c. 13. n. 1. Leon in Theſauro fori Eccleſiaſtici part. 3. c. 25. n. 57. & 58. ibique refert quod aliquando in partibus Hyſpaniarum quidam ficte ſe pro Epiſcopo Manfredoniæ, & Nuncio Sanctæ Sedis geſtæ vices trans mare multas miſſas etiam pontificaliter decantarunt, vnde in Sancto Officio detentos laqueo ſuſpenſos, tandem fuiſſe ipſo vidente. Farinac. de hæreſi quæſt. 193. num. 39. Santarellus in tractatu de hæreſi cap. 42. n. 5. cum multis alijs DD.

5. Sunt autem iſti delinquentes ſuſpecti vehementer de hæreſi, vt etiam probaui in C. de polygamis, &

docent

docent Pegna ad directorium p. 2. comm. 81. verſ. ille quoque. Leon. in Theſauro fori Eccl. p. 3. c. 37. n. 35. & Bariol. in ſuis floribus, direct., in titulo de confeſſarijs ſollicitantibus, &c. verſ. ſuſpicio, & alibi, &c.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De illis qui ſe præſentant ſpontè, & ſe accuſant in Sancto Tribunali Inquiſitionis, antecedenter præuenti.

1. SVccedit ſæpè quod aliqui perſonaliter comparent in Sancta Inquiſitione abſque eo quod ſint vocati, aut citati, & ſe accuſant, &c. fuerunt tamen ab aliquo denunciatore præuenti cum inditijs, qui vero comparentes non dicuntur rigoroſè ſponte comparentes. Sed solùm comparentes ſponte illi dicuntur qui in S. Tribunali ſe ipſos accuſant nullo inditio præuenti, & ibi veritatem puram fatentur tam circa propriam perſonam, quam de complicibus ſi qui ſunt, & dolendo ſe erraſſe humiliter veniam petunt, deteſtando ſuum facinus, ita in l. ſponte de muneribus, & honoribus l. 4. §. ſi Cod. de ſicar. l. 2. Cod. de his qui latron. vt comiſt. in verb. obedientes de hæret. in 6. Pegna ad directorium part. 3. com. 12. & fauet Farinaccius de hæreſi, qu. 193. n. 28. vbi habet quod iſti propriè ſpontè comparentes dicuntur.

2. Præuenti vero inditijs etiam ſi ſpontè compareant abſque vocatione, aut citatione Sancti Tribunalis, duplici via condemnantur, & interrogantur, primo, ſi ſciebant ſe eſſe præuentos, aut ſaltem dubitabant de tali præuentione, & in tali caſu vocantur comparen-

Digitized by Google

tes ſponte metu probationum; qui dum ingenue procedunt in ſuo dicto, & euacuare habent in ſua depoſitione inditia omnia pręcedentia, expediuntur quantum ad pænam mitiorem ad arbitrium, quod non eſſet ſi fuiſſent vocati, aut citati, vnde commutatur eis pœna ordinaria in mitiorem vt dixi; vel datur illis pæna ordinaria, ſed ad tempus breuius; & ſi eſt locus abiurationis fiunt abiurare, ſecundùm gradum delicti, ſecunda via eſt, videlicet quando neſciunt ſe eſſe pręuentos, & tunc ſi conſtet S. Inquiſitioni quod ita res ſe habeat, proceditur cum eis mitiſſimo modo, videantur ſcribentes de hac materia, qui certè non erunt contra hanc praxim.

3. Non ſic dicendum eſt de relapſis, qui comparent metu probationum in S. Officio, nam tunc nullo modo ſunt ad miſericordiam recipiendi, &c. ita Decianus lib. 5. tract. crimin. cap. 56. n. 12. poſt Alphonſum a Caſtro loco per eum relato, quos ſequutus fuit Farinac. de hæreſi q. 193. n. 37. conſuliſſe alios DD.

4. Verum vnum eſt, quod quando ſponte verè comparentes ſunt, fit eis relapſus cum clauſula iſta, dummodo non ſint præuenti in alia Inquiſitione.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

De his, qui negant Sanctiſsimam Trinitatem, Diuinitatem Chriſti, Conceptionem eius ex Spiritu Sancto, Mortem eius ob noſtram redemptionem, & Virginis Mariæ Virginitatem.

1. CONtra iſtos adeſt Bulla Pauli IV. quæ incipit: cum quorundam hominum malitia, & prauitas

Digitized by Google

tas data Romæ die 18. Maij 1597. & confirmatã à Clemente VIII. in quadam ſua conſtitutione incipiente Dominici gregis data de menſe Februarij 1603. vbi determinatur hos reos poſſe puniri, vt ſubuerſos, & relapſos, atque adeo conuinctũ de tali, vel talibus erroribus tradantur Curiæ Seculari, præuia tamen abiuratione; & hoc ex ui illorum verborum citatæ Bullæ. Poſſint haberi, tanquam ſubuerſi, & relapſi in hæreſim, & tradi Curiæ Seculari, & hęc condemnatio, ſtantibus; is, remittitur arbitrio Iudicis vndè Sancta Inquiſitio ſæpè illas cum benignitate diſpenſat, maximè in minoritate quando ſunt, & Neophitos qui reuerſi ſunt ad errores priores, & pręcipuè quando eorum conuerſio fuit de propinquo tempore, quod etiam practicatur erga Chriſtianos natiuos, quando grauiſſimum dolorem oſtendunt ſe erraſſe, &c. aut eorum ſimplicitate, & ignorantia ſubuerſi fuere, & omnes iſti regulariter, pręuia abiuratione de formali condemnantur ad hæreticorum pænam, nempe ad perpetuum carcerem formalem.

2. Et id quod dico ſuperius, quod eſt iſti ſic errantes traduntur à Sancta Inquiſitionę brachio Seculari, eſt iſta certum, vt etiam pro primo lapſu illis talis ſententia à S. Inquiſitione inferri poteſt, immo ego dicerem, quod in duobus caſibus præcipuè, nullo modo etiam pro primo lapſu parcendum eſt; vt eſt in Celebrante non ordinato, & Sacramentum pænitentiæ adminiſtrante necnon in negante, id quod in ſuperiori titulo, huius Capituli XVI. proponitur, videatur Campan. in diuerſ. iuris Canon. Rubrica 1. n. 4. 7. in fin. Cęſar. Carena, de hæreticis pęnitentibus.

Titul.

titul. 2. §. 2. n. 10. quod idem practicandum eſt contra incidentes in ſchiſmate, & contra lamios per maleficia, aliquos, vel aliquem accidentes ita Scortia in ſelectis Rom. Pontif. conſtitution epit. 67.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

De illis qui incurrunt in errorem protegendi hæreticos, vel de hereſi ſuſpectos.

1. ID quod ab Inquiſitoribus in hac materia principaliter conſiderari debet, eſt videre, & manibus tangere vt ita dicam, ſi reus ſuppoſitus incurrerit in tranſgreſſionem Bullæ Pij V. ſi deprotegendis, ſic quatenus in tali caſu errauerit, videre oportet an in contemptum, aut odium S. Inquiſitionis, vel dictæ Bullæ hęc fecerint, vel quia fuit indiciatus, accuſatus in Sancto Tribunali antecedenter, vel ab illo punitus; ob aliquod delictum ad Sanctam Inquiſitionem ſpectans, nam quamuis præſumptio ſtet contra ipſum, & virtute Conſtitutionis citatæ, ipſe reus ſuppoſitus teneatur probare euidentiſſimis probationibus in contrarium, tamen S. Inquiſitio, quando in delicto ingrediuntur, aliquæ cauſæ impulſiuę ad dicti delicti commiſſionem ſolet habere hanc miſericordioſam conſiderationem, & pręcipuè ſi ſint minores, aut ſe eſcuſare potuerunt in tali caſu ab amorem feminarum, vel aliorum accidentium compatibilium: & tunc S. Inquiſitio; ſolet eos liberare à pęna ordinaria, & condemnantur ad triremes, pręuia abſolutione ab excomunicatione vide Simanch. de cath. inſtit. tit. 41. verſ. Pius V. Pegna ad

N dire-

directorium par. 2. coment. 79. verſ. cęterum hodie Farinac. cęterum hodie de hęreſi q. 182. n. 80., & n. 96. Zanard. 4. in ſumma diuin. præceptorum lib. 1, tit. de fide verſic. 3. Vero Genus Monaldus conſ. 66. n. 23. verſ. hoc autem deueniendo ad tertium 10. Farinac. Leo. in theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. c. 37. de hęreſi n. 37. Aloyſius Riccius, in ſuis deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ deciſ. 74. tom. 1. Antonius Sanctarellus de Hæreſi cap. 11. dubio 1. cap. 150. verſ. item offendentes miniſtros, in qua queſtione nullum eſſe poteſt probabile dubium quia omnes fere DD. conueniunt quia talis Bulla facta eſt ducta Spiritus Sancti in auxilium fidei Catholicæ.

CAPVT DECIMVMNONVM.

De illis, qui contra faciunt conſtitutioni Pauli Quinti iam Summi Pontificis Glorioſæ Mem.

1. PIus IV. de anno 1561. ad maiorem fauorem noſtræ Fidei Catholicæ, & Eccleſiæ Romanæ vtilitatem quadam ſua conſtitutione, quæ incipit: Paſtoris Æterni dedit facultatem Inquiſitoribus, vt poteſt procedere contra omnes Regulares, etiam priuilegiatos, & exemptos in cauſis ad S. Officium ſpectantibus, dummodo eorum Superiores, quibus ab alijs Summis Pontificibus conceſſa fuerat facultas procedendi in ſimilibus cauſis, non præueniſſent.

2. Sed Paulus V, Sanctæ Memoriæ cognoſcendo ex experientia, quod occaſione iſtarum conſtitutionum oriebantur aliquando aliqua impedimenta circa cauſas

ſpectan-

Digitized by Google

ſpectantes ad S. Tribunal Inquiſitionis, quæ tractari non poterant; nec cognoſci debita, ac neceſſaria diligentia, de anno 1606. fecit aliquam ſuam conſtitutionem, quæ incipit Romanus Pontifex, in qua reuocat, & abolere habet, & reuocare omne priuilegium, indultum, facultatem, &c. conceſſam in ſimili materia datam a Pio IV. Summo Pontifice Superioribus Regularium cuiuſuis ſpeciei ſint, prohibuitqne ſub pœna priuationis cuiuſuis dignitatis, vel Prælaturæ officij, &c. vociſque actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad omne officium, & alijs pœnis afflictiuis promulgatis contra hæreticorum fautores, atque ſub pœnis Cenſurarum Eccleſiaſticarum, etiam Excomunicationis maioris latæ ſententiæ reſeruatæ Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, vt vllo modo ſe ingernant, neque per minimum in cauſis ſubditorum ſuorum Superiores Regulares ſpectantibus ad S. Inquiſitionem, & vt non poſſint recipere denunciationes, nec teſtes examinare, aut proceſſus incipere, vel formare cauſas (cognoſcere, nec definire; ſed quod fratres debeant denunciare reos in S. Tribunali Inquiſitionis, a qua denunciatione nullo modo Regulares cuiuſuis ordinis, vel inſtituti ſint a ſuis Superioribus reſpectiuè impediri non poſſint vllo modo, neque retardari; immò Sancta Sedes, aduocauit iam cauſas inceptas a Regularium Superioribus ad S. Inquiſitionem ante dictam conſtitutionem, quæ completæ non erant, ac deciſæ, ſed pendentes manebant; determinando, quod Inquiſitores, vel Ordinarij locorum illas terminarent.

3. Succeſſit aliquando, & iterum ſuccedere poteſt

(quod Deus auertat) quod aliqui Superiores Regulares contrauenerunt huic conſtitutioni, ſed vt plurimum ob eorum ignorantiam fortaſſis dictæ conſtitutionis; aut inaduertentia, vel quia in eorum viſitationibus Conuentuum; occaſione proceſſandi fratres aliquos ratione aliorum delictorum, ſimul recipiunt denunciationes ſpectantes ad S. Officium, aut inueniunt in Cellis ſcripta ſortilega, & procedunt vlterius examinando teſtes, & cum ſint ab alijs moniti, aut cognoſcendo ſuum errorem ſe ſponte præſentant in S. Tribunali, & tunc Sancta Inquiſitio, ſi non inuenit in eis malitiam, nec dolum, ſolet eos benignè expedire, abſoluendo eos ab Excommunicatione, condonando illis ex gratia pœnas contentas contra tales, &c. in dicta conſtitutione.

4. At quando inueniretur quod Superiores Regularium dolosè in ſimilibus caſibus procederent, nempe vt occultarent ſimilia delicta, ad hoc vt S. Inquiſit. ob reputationem, & decus Religionis non poneret in hac meſſe manum ſuam; at vt caſtigarent ſubditos ſuos maiori ſeueritate ob clauſtrales paſſiones pluſquam iuſtum nequit. Tunc ſine dubio S. Inquiſitio debet procedere contra tales Superiores cum omni rigore iuſtitiæ, ſecundùm ordinem prænominatæ Conſtitutionis.

5. Quando verò Prælati, aut alij Superiores Regularium exercere habent iuriſdictionem ordinariam diſtinctam a ſuo officio, nempe quia ſunt ab Epiſcopo loci, vel ab Inquiſitore, &c. vel Sacræ Congregationis Supremæ Inquiſitionis, vel Summi Pontificis, tunc Sanctitas Sua per ſuam declarationem datam ſub die 11. Ianuarij 1607. declarauit, non intelligere eos impedi-

ſe, vt cauſas S. Officij cognoſcere non poſſint tam ſuorum ſubditorum, quàm aliorum, cum hac conditione tamen, vt proceſſus fabricatos contra ſuos Religioſos participent S. Tribunali, & ibi dictos proceſſus, ſiue denunciationes conſignent ſub pœnis contentis in dicta Conſtitutione.

6. Et quia aliquando euenire poteſt, vt iſti fulgentes tali auctoritate Epiſcopalem, etiam ſi ſint Superiores Regulares, vel quaſi Epiſcopales, &c. ſint intra iuriſdictionem alicuius Inquiſitionis. In tali caſu Sanctitas Sua vult, quod in cauſis S. Inquiſitionis obſeruetur Clementina, & vnitum procedant, & ſimul cum Inquiſitore faciant quicquid Clementina decernit, aliter eſſent melioris conditionis, quàm ſint Ordinarij.

7. Vltramontes vero vbi non ſunt Inquiſitores, & hęreſes impune graſſantur. Sanctitas ſua conceſſit Superioribus Regularibus facultatem procedendi in cauſis Sancti Officij contra ſuos ſubditos regulares, & hoc vt delegati vt puto S. Sedis Apoſtolicæ non vero vt ſuperiores ſimpliciter.

8. Pœna vero, quæ imponitur tranſgreſſoribus dictæ Bullæ, eſt illa quæ imponitur reis læſæ maieſtatis, ratio eſt, quia tale delitum eſt in maximum damnum fidei; ſicut contra Bullã de qua, &c. eſt in maximum fidei fauorem.

9. An vero talis Bulla extendatur ſuis pœnis ad perſonas non nominatas dico quod non extenditur cum ſimus in pœnalibus, ſed relinquitur hoc diſpoſitioni Iuris Communis, videantur quicquid dicant poſt Baldum Decius, & alios, quos allegat, & anima aduertit

uertit Cardinalis Tuſcus Proct. concl. littera B. concl. 2. n. 8. quem ſequutus fuit Farinac. in ſuis fragmentis Crimin. p. pr. verbo Bannimenta ita ponentia n. 8. edita maleficijs imponentia maiorem pœnam quàm faciat ius commune.

10. Neque dicta Bulla comprehendit mulierem quę percuſſerat Clericum; qui indicauit curſori S. Officij vbi reperiebatur eius mater; ratio eſt quia ille Clericus nullatenus miniſter S. Officij erat, neque accuſator, neque teſtis, atque adeo non eſt perſona expreſſa in Bulla. Riccius deciſ. 84. n. 8., & in Curia Archiepiſcopali Neapolitana teſte Ricio in citata deciſione fecit definitum.

11. A pœnis fulminatis in dicta Bulla contra tranſgreſſores nullus excipitur vt patet ex dictione illa (quicunque] quæ cum ſit vniuerſalis neminem excludit l. Iulianis ff. de leg. tanto magis quod ſequitur, ſiue cuncta Ciuitas, ſiue populus, ſiue Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo Illuſtris, &c.

12. Actiones quæ prohibentur facere contra miniſtros Inquiſitionis ſunt Sequentes; verberare, vi deijcere, perterrere facere, expugnare, inuadere, incendere expoliare, diripere, interuertere, exportare, impedire, ne perſonæ ſiue miniſtri S. Inquiſitionis Se ſeruare poſſint aprędictis malis ſicut, Fractio Carcerum S. Officij, extrahere carceratos, illos recipere & totum id quod impedit executionem cauſarum ad S. Officium ſpectantium prout in dicta Bulla clarius videndum eſt.

13. Pœnæ verò naturæ contra ſupradicta delicta, ſiuæ

ne delinquentes ſunt ſequentes: Excomunicatio latæ ſententiæ, & omnes pœnæ ſtatutæ in 1. Cap. legis Iuliæ Maieſtatis in reos criminis læſæ Maieſtatis, Traditio brachio ſeculari (in Clericis priuatio Beneficiijs vltra dictas pœnas, nec non omni dignitates, ac priuilegijs) Confiſcatio bonorum, & priuatio ſucceſſionum. Verum vnum eſt, quod offendens Miniſtrum S. Inquiſitionis, iam officio functum, non comprehenditur ſub diſpoſitione dictæ Bullæ, niſi quando hoc faceret ob vindictam illarum receptarum ab eodem, quando officium, ac miniſterium S. Officij exercuerat. Ratio eſt, quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundùm tempus verbi, l. in dilectis, §. ſi detracta de Noxal. l. quod conſtitutum de militari teſtamento, ita ſumit Bald. & Angel. ratio eſt, quia ille non eſt amplius Miniſter, & patet hoc etiam ex textu in C. de Vaſſallo, qui contra conſtit. Luther. vbi dicitur, quod Vaſſallus dum eſt a Vaſſallaggio liberatur, non tenetur amplius dominum defendere, vndè, &c.

14. Non habet tamen locum noſtra conſtitutio in offendentes Miniſtros S. Officij tantùm electos. V. G. Inquiſitor qui electus, vel a Summo Pontifice, aut a Sacra Vniuerſali Romana Inquiſitione litteras tantùm obtinuit patentales, qui aliàs illas debet præſentare Regi, vel Principi illius loci, vbi inſtitutus eſt Inquiſitor, ſiue alijs, quibus de vſu requiritur, & rationem adduco, quia Baldus per Textum l. ſed & milites, §. quæſitum de executorum, dicit quod priuilegium conceſſum ratione officij requirit officium in actu, & non ſufficit habitu tantùm; quare cum Inquiſitor ante præſenta-

tionem

tionem litterarum non habeat officium niſi habitu, non verò actu, ergo tanto magis quia eius commiſſio ignorabatur, &c. & in terminis habemus quod in exceptione facta ab Indulto Generali Philippi III. Hyſpaniarum Regis de occidente Officiali Regio, includat Officiales electos ante litterarum ſuarum præſentationem ob ſupra dicta fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapoli, pro vt textatur Francus deciſ. 326. per totam, & docuerunt Caball. in ſuis reſolutionibus criminalibus centuria 2. caſu 148. n. 7. & Maſtrillus latiſſimè ad Indultum Generale eiuſdem Regis cap. 36. n. 23. allegando quamplurimos Doctores. Quod etiam dicendum eſt de offendentibus tales, vel alios Miniſtros Inquiſitionis, non intuitu Inquiſitionis, ſed ex odio priuato, vt videtur adnotaſſe Farinacc. de hæreſi quæſt. 182. n. 80. in fin. quod comprobatur ex DD. loquentibus de offendente Principis Officialem alio fine quàm ex odio priuato; non autem in Principis contemptum, Ann. conſ. 97. n. 2. lib. 1. Odd. conſ. 88. vol. 1. Farinacc. de delictis, & pœnis quæſt. 17. n. 40. de crimine læſæ Maieſtatis quæſt. 112. n. 150. & ſeq. & Honded. conſ. 105. & 108. vol. 1. probat hoc etiam Leonardus ad Bullam Cenæ lib. 2. Can. 9. quæſt. 32. loquendo de offendentibus ex odio particulari illos, qui pergunt ad Sanctam Sedem.

15. Illi vero qui obuiare poſſunt, & mala impedire contra miniſtros Sanctæ Inquiſitionis, & non impediunt an incurrant in pœnas eiuſdem Bullæ de qua ſit ſermo. Reſoluo dubium ſequenti modo, & dico quod duplex eſſe poteſt commiſſio in tali caſu, vel omiſ-

ſio,

ſio, eſt puræ negatiua, vel non eſt talis prima eſt quæ nullum influuum phyſicum, nec moralem inducit V. G. vidit quis offendere, miniſtrum S. Officij, & poteſt impedire, nec ſe mouet, & iſte non incurrit, quia ad ſummum facit contra charitatem, etſi aliqui dicant quod ſiquis poteſt hominem a morte liberare, & illi auxilium non præſtat, dicitur illum occidere C. ſicut dignum de homicidio, & ex hoc oritur inditium ſocietatis occultæ ſicut habetur ex. c. non inferenda 23. q. 3. ex C. qui poteſt, & ex c. quantæ in fin. de ſententia excumunicationis; hoc non obſtat quoniam talia Iura loquuntur interpretatiuè, non vero ſecundum veritatem, intellectus autem interpretatiuus non habet locum in pænali lege; ita Leonardus Duardus ad Bullam Cœnæ lib. 2. Canon. 9. quæſt. 8. n. 14. verſ. ad primum.

16. Si vero non obuiant actionibus à Bulla prohibitis omiſſione non purè negatiua, ſed poſitiuè, vel moralem influxum inducunt in actiones prohibitas V. G. arma auferendo miniſtris. S. Inquiſitionis, ne ſe poſſint defendere, aut officium ſuum exercere incidunt, & puniri poſſunt ſecundum dictam Bullam, quia iſti ſunt ſine dubio fautores, & occidentium vel verberantium auxiliatores, ſic Duardus loco ſupra citato, vide de hac re Farinaccium, de inditijs & tort. queſt. 51. per totam, vbi Clariſſime, & ſine vmbra loquitur, & prout dictum eſt decidit.

17 An illi vero qui non obſtat cum teneantur ex Iuſtitia defendere, & protegere miniſtros Sanctæ Inquiſitionis incurrant ſi illis auxilium non præbent, & iſti ef-

ficiantur irregulares iupta opinionem DD. vt aſſerit Suarius de cenſuris diſp. 45. ſectione 4. videatur etiam Farinac. de inditijs, & tortura quæſt. 51. n. 26. quia vt dixi ſupra n. 15. iſti influunt in effectum idem Suarius vbi ſupra n. 5. verſ. dico 2. Henriquez in ſumma lib. 14. cap. 12. Saſayrus de cenſuris lib. 7. c. 4. n. 3. Coninchius de Sacramentis diſp. 18. dub. 7. n. 71. Bonaccina de Cenſ. diſp. 7. diſput. 4. punct. 8. concluſ. 5. n. 37. & ratio, eſt quia non impediens in tali caſu cum teneatur ex Iuſtitia dicitur facere actiones illas contra miniſtros S. Inquiſitionis illatas.

18. De natura habentibus prohibitum per Bullã citatã aut laudantibus factum contra ipſius determinationem erga miniſtros S. Inquiſitionis dicendum eſt eos non comprehendi ſub determinatione Bullæ, quia verba Bullæ cum ſint pænalia reſtringenda ſunt ſolùm ad eorum extenſionem, & non vlterius, ſtatutum enim Bullæ ſolùm extenditur ad maleficos, mandantes, &c. non autem habet locum in ratificante, nec laudante; deduco totum ex Bulla Cœnæ can. 9. contra occidentes venientes ad Sedem Apoſtolicam, vbi ratificantes non comprehenduntur defendit mordicus Duardus ad Bullam cœnæ lib. 2. Canon. 9. quæſt. 7. per totam, me tamen remitto meliori iudicio.

19. Punitur tamen ex vi Bullæ de qua agitur, affectus, & conatus, etiam effectu non ſequuto, e pæna qua DD. admittunt in Crimine læſæ maieſtatis, & in alijs atrociſſimis delictis, videatur Farinac. de crimine læſæ maieſtatis quæſt. 116. n. 147. requiritur tamen aliquis actus externus, adhoc vt poſſit conatus, & af-

fectus puniri pęnis contenptis in Bulla noſtra, ita in caſu C. Felicis de pœnis n. 6. qui eſt de inſequentibus capientib. Cardinales inſinuantur. Archidiaconus n. 10. & Ioannes Andręas in principio, Geminianus ibidem num. 5. & Crimine læſæ maieſtatis; inſinuarunt Menoch. de arbit. iudicum caſu 360. num. 24. & ſequenti.

20. Verum eſt quod illi actus exteriores debent eſſe proximi delicto; remoti etenim nullum afficiunt; etiam ſi Menochius contrarium affirmet. remitto tamen omnia à me dicta meliori iudicio, videatur tamen Farinaccius quæſt. 116.

21. Mandans verò mandatario quid contra Miniſtros Inquiſitionis, ſi pœnitet ſe erraſſe, & mandatario inſinuat reuocationem eius mandati antequam ſequatur effectus mandati, mandans tunc excuſatur a pœnis, &c. Ratio eſt, quia tunc non eſt dolus mandantis meo iudicio; quia ratione reuocationis primæ voluntatis, & inſinuationis eiuſdem reuocationis, ceſſat omnis cauſa damni; videtur conſentire in hoc Farinaccius de conſul. & mandatar. quæſt. 135. n. 174. Leonardus. Duardus in Bulla Cęnæ lib. 2. Canon. 11. quæſt. 13. per totam, Marius Alterius de cenſuris lib. 5. cap. 6. fol. 624. verſ. ſed quid dicendum.

22. Quæ dicta ſunt de mandante, videnda ſunt de conſulente, & in hoc caſu dico, quod conſulens ſi certè ſcit mandantem reuocaſſe mandatum, ad nihil tenetur, aliàs monere debet Miniſtrum, contra quem ratum fuit mandatum necis, vel alterius offenſionis, niſi velit ſubiacere pœnis Bullæ, vt ipſe paſſurus poſſit iniu-

rias excitare. Ita Gomez, qui alios allegat in ſuo tom. 3. cap. 3. n. 41. Farinacc. cap. 3. de homicidio n. 144. & alibi, immo maiorem diligentiam debet facere conſiliarius in deſtructione ſui conſilij mali, quàm mandans; nam in mandante, & mandatario, reuocato mandato, ceſſat intereſſe lucri promiſſi, vt plurimùm, at conſilium poteſt eſſe, quod impreſſerit in conſilio facto, ita ut difficillimè ceſſari poſſit, ita dictus citatus Gomez, & alij quamplurimi apud ipſum. Eſſent hic multa dicenda circa præfatam Bullam, ſed omnia ad dictam reducuntur, vndè ab ea deſiſto, vt ad aliam tranſitum faciam.

CAPVT VIGESIMVM.

De Iudæis, & Infidelibus circa delicta eorum ad Sanctam Inquiſitionem ſpectantia.

1. QVuoniam aliqua ex Sancta Fide communia ſunt Iudęis, &c. & Catholicis, hinc eſt, quod ſi Iudęi, & alij Infideles inueniuntur delinquentes in illis, S. Inquiſitio contra eos procedit.

2. Res, quæ communes ſunt Chriſtianis, & Iudęis ſunt, nempe Deum eſſe Vnum, Æternum, Omnipotentem, Mundi Creatorem, quod ſit locus Paradiſi, & Inferni, & Dęmones. Scriptura Sacra, Animam eſſe immortalem, & ſimiles, &c. Quapropter, ſi denunciantur in S. Inquiſitione, vt non credant iſtas vel aliquas ex iſtis rebus, vel quod protulerint verba inducentia ſuſpicionem malæ credulitatis circa prædicta, aut aliquam ex illis, proceditur contra eos ad

captu-

capturam, ad perquiſitionem librorum, ac ſcripturarum, & iuxta terminos Iuris formatur proceſſus, &c. Et ſi fatentur ſuam malâ credulitatem, vel de ea per teſtes idoneos conuincuntur, fiunt abiurare de formali, & ſi negant etiam in tortura, fiunt abiurare de vehementi, aut de leui ſecundum indiciorum qualitatem, verborum prolatorum, ac qualitatis perſonæ, videlicet. Si ſint minoris, vel maioris intelligentię; quoad pœnas vero (ſicut etiam Chriſtiani) condemnantur, vel ad Carcerem formalem, vel ad triremes; Siue in exilium mittuntur, aut relegantur iuxta grauitatem delicti à Iudicæ cognitam in illis.

3. Vltra ſupradicta capita Iudęis, & Chriſtianis Communia Gregorius XIII. de anno 1581. edidit conſtitutionem vnam quæ incipit: Antiqua Iudęorum probitas, &c. in qua alia capita expreſſit in quibus ſi Iudęi inueniuntur delinquentes, ſicut, & alij infideles: facultatem dat Inquiſitoribus contra illos procedendi; eo modo quo procedunt in Cauſis fidei, iuxta formam Sacrorum Canonum, & decreta S. Inquiſitionis.

4. Caput primum dictæ Bullæ Gregorij XIII. eſt quod ſi quis illorum aſſerit aliquod contrarium, ſupradictis, quæ comunia ſunt illis, & nobis Catholicis, & illa prædicauerint, aut docuerint aliquod etiam priuatim.

5. Caput ſecundum eſt, ſi quis illorum inuocauerit, vel conſultatus fuerit cum dęmone, vel ab eo reſponſum expoſtulauerit, Sacrificia obtulerit, vel deprecationes illi effuderit, ſiue deuotionis cauſa, aut alio fine, ſiue immolauerit eidem Diabolo animalia, vel aliquid aliud, vel ſuffimigatione aliqua illum honorauerint.

rint. Siue ſit incenſi aut alterius rei odoriferæ : vel quodlibet aliud obſequium impurum pręſtauerint.

6. Caput Tertium eſt, puniuntur illi qui verbis, factis, exemplis, aut alio quouis modo docuerint ſiuè induxerint Chriſtianos, vel inducere tentauerint, ad ſupradictas res potuendas.

7. Caput Quartum eſt, ſi ignominia ſe depręſſerint, ac corruptela fidei Criſtianæ impie dixerint, quod Criſtus Saluator noſter ſit purus homo, ſiuè quod fuerit peccator, quod mater Dei non fuiſſet ſemper Virgo, & ſimiles blaphemias, quæ ſecundum ſe hęreticales ſunt.

8. Caput Quinctum eſt; ſi ſuo opere, conſilio, fauore aliquis Chriſtianus apoſtatauerit a Sancta Fide Catholica, aut tranſitum fecerit; vel reuerſus ad ritus; ceremonias ſuper emiſſiones; ac feſta, Iudeorum; ſiuè aliorum infidelium; vel in aliquam hęreſim inciderit.

9. Caput Sextum eſt; ſi impedierint, vel hortati ſint quouis modo aliquem cathecumenum; aut aliquem illorum, vel alterius in fidelem sectam, quia aliàs diuina inſpiratione, ad Fidem Catholicam currebat qui aliàs ſuam talem voluntatem declarauerat, verbis, ſignis, aut factis ſe velle eſſe Eccleſiæ Romanæ ſectatorem, vt Sanctum Baptiſmum non reciperet, & ad veram, sanctam, Catholicam fidem veniret.

10. Caput Septimum eſt, ſi in domibus eorum, ſcienter receperint, ſiuè in itineribus auxilium præbuerint, apoſtatis, & hæreticis, quouiſmodo dando vel procurando eis cibaria, dona duxerint de vno, ad alium locum; Siue procurauerint pro illis conductores,

ctores, aut occultauerint, vel occultare fecerint errores dictorum apoſtatarum, ac hæreticorum, & illos quouis modo occultauerint, vel protexerint, dando eis auxilium, conſilium, aut fauorem.

11. Caput Octauum eſt, ſi quis tenuerit, cuſtodierit, propalauerit, aut quocunque modo libros prohibitos transſtulerit, hæreticorum, vel Talmudiſtarum, vel alios libros Iudaicos quouis modo damnatos, ſiuè prohibitos, aut ad hoc auxilium præbuerint, conſilium, vel medium.

12. Caput Nonum eſt, ſi deriſerint, aut ſpreuerint Chriſtianos, & in ludibrio habuerint conſacratam oſtiam vbi adeſt Corporaliter Chriſtus Redemptor noſter &c. & ſpecialiter feria ſexta in Paraſcæue, in Cruce affixerint agnum in Cruce, ſiue pecudem, vel aliam rem, & in ipſa proiecerint ſputa, vel contra illam aliud ludibrium fecerint.

13. Caput decimum eſt, ſi contra Sacros Canones & Pontificia Statuta retinuerint apud ſe Nutrices Chriſtianas Catholicas, aut violentauerint eas proijcere lactem ſuum in cloacas, vel alias loca immundas in illis diebus, in quibus Sacrum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerunt.

14. In quibus propoſitis Capitulum Bullæ Si aliquis Iudæus inueniatur transgreſſor, ſicut quilibet alius infidelis, Sanctus Pontifex præcitatus vult, quod contra tranſgreſſores procedat S. Inquiſitio, nempe Inquiſitor locorum, vbi delictum patratum fuit, & ſecundùm qualitatem delicti, multiplicitatem actuum, & conſuetudinem eos caſtigent; nempe aut ad fuſtiga-

Digitized by Google

tionem, vel ad triremes, etiam perpetuò, aut ad publicationem, ſiue confiſcationem bonorum, vel ad alias atrociores pœnas, quæ in aliorum exemplum tranſeant ad hoc, vt ſceleſti a talibus rebus ſe abſtineant.

15. Multoties Iudæi denunciati veniunt in Tribunali S. Inquiſitionis eo quod percuſſerint, vel deturpauerint imagines Crucifixi, vel Sanctorum, & non vertitur in dubium, quod S. Inquiſitio, vel loci Ordinarius præueniunt, quod non poſſunt impediri a foro laicali. Dubium eſt quando forus laicalis præuenit an in cauſa procedere poſſit prædicta. Multoties in hac re fuere factæ maturæ conſiderationes in Tribunali S. Inquiſitionis, & hac occaſione diſcuſſum fuit, an Bulla de qua in Cap. præſenti fit ſermo; in qua datur facultas Inquiſitoribus, & Ordinarijs procedendi circa cap. ibi expreſſa intelligatur priuatiue, quo ad Iudices laicos, aut cumulatiuè, iuxta communem rationem, & pluralitas votorum ſemper inclinauit ad priuatiuum, cum dicta capita contineant in ſe res merè ſpirituales, & Eccleſiaſticas; nunquàm tamen meo iudicio circa hoc Decretum definitiuum exiuit; verum eſt quod in praxi, vt plurimum priuatiuum ſubſiſtit, etiam ſi in Bulla de hac re nihil ſit expreſſum.

16. Verum eſt, quod aliquando ob varios conſiderabiles reſpectus talis cognitio fuerit laicis permiſſa, quod ego non laudo, quia non ſunt miſcenda Sacra prophanis, & ſemper tenerem, quod cognitio talium delictorum ad Sanctam Inquiſitionem, vel Ordinarium priuatiuè, quoad laicos pertineat. Qua propter Inquiſitores inferiores iudico, quod non malè ſe gererent ſi

in

in ſimilibus caſibus conſulerent Supremum Tribunal ad euitandas cum foro laicali contentiones, & iurgia, quoniam ſic ſecurius currerent.

Videantur de Capitibus ſupra adductis infra citati auctores Campeggius ad Zanch. de hæreticis cap. 36. verſ. tandem circa hanc traditionem, Decianus tractatu Criminalium lib. 5. c. 12. n. 34. Heymericus Aragoniæ Inquiſitor quæſt. 46. n. 17. Campeggius idem ad Zanch. de hęreſi c. 36. in verbo delinquunt contra fidem noſtram in fin. Farinaccius de hęreſi quæſt. 178. n. 146. Io: Franc. Leon. in Theſauro fori Eccleſiaſtici remiſſiuę ad Bullam alligatam c. 35. n. 119. Farinac. in fragmentis Criminalibus p. 2. in verbo Iudęus n. 66. de Iude blaſphemante (al Corpo di Chriſto) Lazarius de blaſphe. quęſt. 6. n. 15. Burſat. conſil. 90. n. 2. volum. 1. Roueſchal. in addit. Marquar de Iudęis p. 2. c. 9. n. 3. verſ. ſicut etiam de Iudęo Farinaccius de hæreſi quæſt. 178. n. 143. Simanc. de cath. inſtit. titulo 35. de Iudęis n. 11. Squillaceus in tractatu de fide Catholica c. 46. n. 1. & 2. Pegna, de d. verba noſtræ conſtitutionis; de lectura librorum damnatorum videatur Decianus in tractatu Criminali libro 5. c. 12. n. 3. Marquar. de Iudęis p. 3. c. 1. n. 49. Marquard. de Iudęis p. 1. c. 7. n. 2. & has vltimas DD. opiniones non approbo, eo quia delinquentes contra fidem Catholicam puniri debent ab Inquiſitoribus, legendus eſt in hac materia Bullæ noſtræ Sanchez ad præcepta decalogi lib. 2. c. 31. num. 19. Ricciulus de Iure perſon. lib. 2. cap. 28. n. 17. de alijs caſibus infra n. ſequenti diſcurram.

17. In ſuper veniunt etiam multoties Iudęi in San-

 cto

cto Tribunali denunciati, quod media ſeruitute Chriſtianorũ accendatur ignis in domibus illorum die Sabbati, vnde cum hoc probatur S. Inquiſitio illos hebros caſtigat; vnde aliqui putant talem punitionem dandam eſſe hebreis quia talis accenſio ignis medio Chriſtianorũ ſeruitio ſuperſtitioſa eſſe, putatur vnde aſſerunt punitionem talis facti ad Sanctum Officium ſpectare, ſed errant, alia namque cauſa eſt qua mediante hebrię de ea accenſione ignis puniuntur a S. Inquiſitione, vel ſaltem puniri debent, & eſt, quia expreſſe mandatus hebręis in exodo c. 36. his verbis (non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem Sabbati, &c.) vnde Liranus ſuper caput. 11. exodi inquit, quod Iudęis prohibitum erat accendere ignem in die Sabbati; etiam per manum Gentilium, quia eos hebręi tenebant pro natione alienigena, & eorum ſerua de qua vtebantur in exercitijs vilioribus in deſpectum religionis Gentilium, & quia in tali ęſtimatione, adhuc in die habent Chriſtianos, tanquam Gentiles, & ſeruos ſuos, & quia etiam hodie putant Chriſtianos eſſe gentiles, & ſeruos ſuos, & id circo ſeruitus Chriſtianorum erga hebræos in vilibus exercitijs prohibetur, veluti, ignem eis accendere in die Sabbati præſumitur quod hoc faciant hebrei in contumeliam noſtræ Catholicę fidei, vt oſtendant in quantum poſſunt eſſe Catholicis Superiores, ac Dominos; ſicut aliquando fuere gentilibus; vnde etiam ob hanc impiam ſeruitutem puniuntur Chriſtiani; eo quia cooperantur impiæ intentioni Iudęorum; cum faciant actus indecentiſſimos dignitatis magnæ Chriſtianitatis, & religionis Catholicæ quæ omnibus

bus

bus ſupereminet, non enim eſt conueniens quod filij libere ſeruiant filijs ancillę. Nicolaus V. ſummus Pontifex in ſua Bulla quæ incipit ſuper gregem Dominicum §. nec poſſunt ſubdatum Romæ Kalendas Iulij 1447. ſui Pontificatus anno primo. Ricciullus de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium lib. 2. c. 39. n. 18. & in praxi habetur quod plures hebręi fuere condemnati ad Carceres formales, & ad alias pænas arbitrarias ab ordinarijs, & Reuerendiſſimis PP. Inquiſitoribus Cęſar Carena pagina mihi 327. §. 15. n. 33.

18. vnde cogor laudare Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Piſarum qui in ſua Diœceſi tale delictum facit caſum ſibi reſeruatum, & cum rigore procedit contra delinquentes Chriſtianos ſicut, & illius loci Inquiſitor, &c.

19. Clemens Papa VIII. de anno 1537. contra hebręos publicauit aliquam conſtitutionem quæ incipit cum hebreorum malitia, in quibus conſtitutionibus Gregorij XIII., & Innocenzo IV. Clementis IV. Iulij III. & Greg. XIII. qui per plures vices Talmud damnauerant, & alia ſcripta, ac volumina deteſtabilia, prohibendo ſingulis ne retineantur vllo modo, exterminando illos ex omnibus Prouincijs, ac Regnis contentis in Republica Chriſtiana.

20. Adiunxit prohibitionem in perpetuum, vt hebręi non poſſint apud ſe ſub quouis colore, aut prætextu; nec legere, emere, vel vendere, diuulgare, codices, libros, ſcripta, talmudica, aut cabuliſtica, &c. tam in hebraica lingua, quam in alia, &c. prout in dicta conſtitutione, &c. & præcipuè, paginas tam manu-

ſcrip-

ſcriptas, quam impreſſas contra Sacram Scripturam, errores continentes, tam antiquæ, quàm, nouæ legis; blasphemias contra Deum, Sanctiſſimam Trinitatem, ac Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, ac eiuſdem Sanctam Fidem contra B. M. V. Angelos Beatos Patriarchas, prophetas, ac Apoſtolos, & alios ſanctos. Contra Sanctam Crucem, Sacramenta nouæ legis. Sacras Immagines, Eccleſiam Romanam, Sanctam Sedem, fideles Chriſtianos, & præcipuè contra Epiſcopos, Sacerdotes, & alias Eccleſiaſticas perſonas; nec non contra nouiter conuerſos ad fidem Chriſtianam; Neophitos, aut quod habeant libros continentes res impudicas, etiam ſub præteſtu, quod iterum impreſſi fuerint mutatis nominibus, etiam ſubpretextu quod fuerint, tolerati, aut permiſſi, a Secretario Concilij Tridentini, prout ipſi prætendunt, & ab indice, librorum prohibitorum Pij IV. aut cuiusvis alterius Apoſtolici indulti; aut alicuius Apoſtolici Nuncij poteſtatem habentis, legati alatere, ordinariorum locorum, nec non Inquiſitoris, quapropter reuocat omnem facultatem, literas permiſſiones indulta, tollerantias, &c. legendi, retinendi, etiam ad determinatum tempus, ſub quouis prætextu, dicta ſcripta, volumina, libros, & alia opera prohibita conceſſa quilibet iudeo, in genere, ſiue in ſpecie a ſuis prędeceſſoribus, nec non a S. Sede, ſiue Nuncijs, aut legatis etiam de latere, Inquiſitionibus, aut Ordinarijs.

21. Imperando Iudeis Romæ exiſtentibus, vt intra terminum duorum menſium, & alibi commorantibus conſignare debuiſſent dictos libros exemplares, &c.

Supre-

Supremæ Inquiſitioni de Vrbe, vel alibi Inquiſitoribus locorum, aut Ordinarijs, imponendo dictis Inquiſitoribus, & Ordinarijs, &c. vt dictos libros, &c. abſque vlla mora illos comburant.

22. Item idem Summus Pontifex vult, & mandat non ſolùm Iudęis, ſed etiam Impreſſoribus librorum, Bibliopolis, Mercatoribus, & cuilibet Chriſtiano, ſub pœna amiſſionis librorum, ac publicationis bonorum ſuorum omnium, & alijs pœnis grauioribus; quæ quidem bona ſic publicata applicanda ſunt fiſco Principis in quo Statu dicti libri fuerint inuenti, cum afflictione corporis delinquentis ad arbitrium Ordinarij loci illius, & Reuerendiſs. Pat. Inquiſitoris, & quoad Chriſtianos ſub pœna Excomunicationis maioris latæ ſententiæ, ita ut non poſſint apud ſe tales libros retinere, legere, imprimere, euulgare, deſcribere, vel tranſcribere, deferre, emere, vendere, donare, aut commutare in quouis alio modo, extrahere, vel alienare dictos libros, ſiue impreſſi ſint, ſiue calamo ſcripti; & quod nullus poſſit præbere auxilium, conſilium, vel fauorem Iudęis ad ſcribendum, vel imprimendum dictos libros, aut ad illos extrahendos, vel vt ad illos aliunde perueniant; ſicut quod nullus audeat pro illis impetrare facultatem ad illos legendos ſub eiſdem pœnis, & alijs a Sacris Canonibus infixis, nec non a conſtitutionibus Summorum Ponificum contra fautores hæreticorum, & apoſtatarum a fide Catholica; vnde Summus Pontifex præcipit Ordinarijs locorum, & Inquiſitoribus, vbi Iudæi commorantur, vt diligenter perquirant tam in eorum Synagoga, quàm in alijs eo-

rum

rum locis tam publicis, quàm priuatis nec non apud Bibliotecarios Chriſtianos; ſi de dictis libris aliquis inueniatur; qua propter ſi aliquis in hoc inueniatur delinquens, Inquiſitores, & Ordinarij procedant ſtatim ad executionem dictarum pœnarum contra illos, & etiam grauioribus pro illorum arbitrio vtantur illàs delinquentes caſtigando; omni appellatione poſtpoſita, inuocando in hoc etiam brachium ſeculare, quatenus opus eſſet.

23. Nec admittenda eſt excuſatio aliquorum dicentium, quod dicti libri ſunt expurgati, vel expurgari poſſunt, quia errores contenti in prænominatis libris inſerti ſunt, tanto artificioſo modo occultati contra noſtram Religionem, vt difficillime cognoſci poſſint, & ideo ſemper remanent inexpurgabiles, niſi per ignem multi de hac Bulla ſcribunt, & grauiſſimi DD. quos non refero, quoniam mihi neceſſarium non videtur: legite Carenam, qui fusè de illa tractat.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

De falſis Teſtibus.

1. SAncta Inquiſitio procedit contra falſos teſtes cum omni rigore, eo quia inter omnia delicta, non eſt aliud delictum, vt maiorem infamiam contineat in ſe in perſona falsè accuſata, & in eius familia, quàm delicta ad Sanctum Officium ſpectantia; ibi nanque non tractantur, niſi res ad hæreſim ſpectantes, vel ad ſuſpicionem ipſius, qua propter tales accuſati acriter puniuntur cum infamia perſonæ accuſatæ, & eius familiæ;

miliæ; hinc eſt, quod falſi teſtes, & accuſatores rigoroſè debent puniri, non ſolùm pro propria culpa, ſed ad aliorum exemplum, videatur Pegna 3. par. com. 122. vnde aduertendum eſt, quod in caſu noſtro non ſolùm dicitur falſus teſtis, qui contra aliquem iniuſtè deponit, ſed etiam ille, qui veritatem tacet, vt bene probat Farinacc. de hæreſi quæſt. 188. n. 42. quare dum quis conuincitur de falſitate condemnatur ad triremes per maius ſpatium temporis, quàm condemnati ob delictum ſuppoſitum; ita & taliter quod ſi accuſatus ad mortem damnatus fuit, etiam falſe accuſans vel teſtificans debet ad mortem damnari, ita ſentit Zanardus in ſumma diuinor. præceptor. par. 2. rubr. de teſtib. in cauſis fidei, §. ſed notandum eſt primo.

2. Verum eſt quod plus debet puniri teſtis pecunia corruptus, quàm ille, qui aliqua vehementi paſſione motus eſt ad falsè teſtificandum, vbi etiam Inquiſitores debent reſpicere qualitatem accuſantium, & accuſatarum perſonarum; nihilominus Inquiſitores, & locorum ordinarij attendere cum omni diligentia debent an impoſtura proueniat ab accuſatore inducente teſtes conteſtes in dicta materia, & forma falſitatis; & præcipuè quando agitur de hæreſi, aut propoſitionibus erroneis, & tales res, teſtes inter ſe ordire, ac texere habent, ipſimet ſuſpecti de hæreſi redduntur, & iſti aliquando fiunt de leui abiurare; vbi etiam conſiderandum eſt damnum illatum perſonæ accuſatæ, nec non qualitas perſonæ accuſantis, ſi ſit perſona ſimplex rudis, vel experta, &c. videatur de hac materia Pat. Maſſin. in praxi S. Officij par. 10. aſſert. 4. Farinaccius

 de teſtib.

Google

de teſtib. quæſt. 67. n. 7. & Marius Giurba conſ. 64. n. 29.

3. Subornatores, vt dixi numero antecedenti eiſdem pœnis plectendi ſunt, immo maioribus cum ſint in maiori culpa, ipſi etenim ſunt cauſa, accuſatores, & teſtes, inſtrumentum, Bartol. l. non ſolùm, §. ſi mandato meo, ff. de iniurijs, Bald. l. presbiteri, n. 10. C. de Epiſcopis, &c.

4. Sententia ortiua falsè accuſantium ab Inquiſitoribus debet ferri in publico ad exemplum aliorum, & iuſtificationem innocentium. Symanch. tit. 69. de cathed. inſtit. n. 91. circa medium.

CAPVT DECIMVMSECVNDVM.

De confrontatione Teſtium.

1. RAriſſimè fit in Sancta Inquiſitione teſtium confrontatio, quia talis actio vt plurimum ſolet eſſe magni præiudicij fiſco, & cauſæ inductæ, at quando neceſſe eſt hoc facere, duo concurre debent, prima vt ſit ſpes quod talis confrontatio, iuuet fiſco ad veritatem habendam; ſecundo quod inter confrontes non ſit naſcitura inimicitia quę inter ipſos ſit cauſatura damnum; aut fit inter perſonas viles de quibus nullatenus timeri poteſt de tali re, & nunquam fit inter Dominum, & ſeruum, inter nobilem, plebeum, neque inter inferiorem, & Superiorem, quia, probabiliter de aliquo damno timeri poteſt, vel quod inferior timore concuſſus dicat id quod dictus Superior, vel nobilis, aut Dominus eius, iſtæ confrontationes

quan-

quando fiunt, ſolent fieri in tempore torturæ, ſecundum cauſæ qualitatem. Teſtes qui confrontantur debent iurare, &c. Franciſcus Ghiſlerius c. 19. n. 16. Farinaccius quæſt. 72. n. 148.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De tortura danda Reis in Cauſis fidei.

1. VEL Reus conſtitutus in Sancta Inquiſitione fatetur veritatem delicti cum omnibus ſuis circumſtantijs; aut inparte tantùm; vel omnino negat delictum. Si fatetur totum factum, aut vſum [ſi eſt in materia ſortilegij) & complices, &c. nihilominus datur illi tortura ſuper intentione; & ratio eſt quia cum ſint delicta ad S. Officium ſpectantia, ex ſua Natura inducentia ſuſpicionem malæ credulitatis, neceſſe eſt illam ſuperare, ac extorquere rigoroſo examine; moderatè tamen, quando aliæ perſonæ, non ſunt aliunde ſuſpectæ.

2. Si vero partem facti reus fatetur, aut vſus ſiue complicium, dandã eſt reo tortura ad vlteriorẽ veritatem habendam, ſuper vſum, & complices &c. ſine præiudicio confeſſatorum, & probatorum, &c. quando vero de parte a reo negata conuinctus remanet, ſiue valide indiciatus, torqueri debet, & talis tortura inſeruit etiam ſuper intentione.

3. Si vero totum negat, & inditia ſufficientia]ſunt torquetur reus, pro veritate habenda, & quia aliquando, inditia ita valida ſunt, vt repetenda ſit tortura, repetenda eſt in diuerſo tempore, ſed ita vt, id quod

ſemel debebat fieri ; dividatur in duplici ; V. G. hodie, & cras.

4. Ordinaria tortura eſt funis ; nec in S. Officio ſolet dari cum ſquaſſis, & quoniam aliqui ſunt inhabiles ad torturam prædictam recipiendam, ob impedimenta ſui Corporis, datur eis tortura pedibus ; tormento [detto la ſtangetta] aut in manibus, vel etiam pedibus igne.

5. Quando vero Reus indiciatus eſt V. G. de hæreſi, ultra eius Confeſſionem ; videlicet quod talem hæreſim protulerit ; ſcripſerit, ac docuerit, &c. fatetur etiam illam credidiſſe ; non debet torqueri ſuper intentione ; ſed ſuper complicibus ; & ad ulteriorem veritatem habendam, ratio eſt quia Confeſſio ſimilis delicti, naturaliter ex ſe parit indicium validum ut confeſſus talem intentionem malam habuerit, & quod pluries tale atrox delictum commiſerit, præter iam confeſſum.

6. At quando Reus confeſſus eſt delictum in rigoroſo examine torturæ, quod aliàs in ſuis conſtitutis negauerat, poſt tempus 24. horarum ſit ab eo per Inquiſitorem ratificari in loco libero extra locum torturæ, & timoris, ad hoc ut libera ſit talis confeſſio, & longe a timore cadente in virum conſtantem ; videantur ſequentes D. D. de hac materia torturæ in his caſibus tractantes nempe Pegna comm. 110. verſiculo primum ergo p. 3. Farinac. de hęreſi q. 185. n. 147. q. 2. n. 26. ibidem, & alibi. Roijas de hæret. p. 2. 191., Pegna comm. 39. par. 3. littera D. Bisfeld. de confeſ. maleſ. membro 2. poſt. concluſ. 5. §. exempli gratia Farin. in

prax.

prax. quæſt. 37. n. 192. Caſt. de iuſta hæreticorum punitione lib. 1. c. 1. Simanc. in Enchiridion. Iudic. Viul. Relig. tit. 40. de præſumptio. n. 5. & 6. Genuens, in praxi Archiepiſcopali Neapolit. c. 68. in nouis, & 48. in antiquis n. 8. in fin.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Aliqua documenta Generalia traduntur.

1. PRimum documentum, quod ſicut Sancta Inquiſitio in cauſarum Cognitione, atque expeditione, maxime curat de inimicitia denunciantis, ac teſtium contra denunciatum; ita Inquiſitores, qui denunciationes recipiunt, &c. vel eorum Officiales, cum omni diligentia aduertere, ac curare debent, habendi veritatem; ſi denuncians, vel teſtes habuerint aliquod intereſſe, vel habeant cum accuſato, & e contra ita quod potuerit eſſe; vel ſit cauſa inimicitiæ aut odij vel vindictæ contra illos, vel illum; & quatenus debent receptores denunciationum clare facere talem cauſam, odij, æmulationis, &c. exprimere; & in praxi videtur in die quod de aliquibus denunciationibus grauibus, ac magnæ conſiderationis, & ſi ſint, non curant Inquiſitores, ex hoc capite, videlicet inimicitiæ; dummodo alia adminicula non habeant, quod denunciatum errorem corroborent, quæ quidem inimicitia, liuor, æmulatio, &c. dignoſci poteſt præcipuè, quando denuncians accuſat de delicto a multo tempore ſecuto; nam ex eo, quod diſtulit notabiliter denuncia-

tionem, &c. arguitur non denunciare ob Zelum fidei Catholicæ, ſed potius ratione vindictæ motus.

2. Secundo quando Reus negat totum delictum, vel partem eius, quod illi opponitur, poſtquam legitimè, ac competenter conſtitutus eſt ſuper indicijs, datur ei ſemper repititio teſtium priuſquam contra illum deueniatur ad aliquẽ alium actum iudicalem; vnde ſi reus ſuppoſitus, & accuſatus acceptat talem repetitionem; repetuntur teſtes deſuper interrogatorijs à parte datis, ac articulis fiſci; verum eſt quod vt plurimum, a Reis habentur pro repetitis; ſed quia aliquando euenit, quod ipſi negant conſtanter delictum, & ex alia parte ex proceſſu in formatiuo reſultat parum formi falſitatis, ac conſpirationis in teſtibus; tunc repetuntur ex Officio, & hoc fieri debet maxima diligentia; quando vero integre delictum fatentur, ac de plano, non exhibetur eis repetitio; ſed aſſignatur aliquod tempus ad ſe defendendum, etiam ſi illas recuſent, in quo tempore, nihil ad ſui fauorem probando; Citatur ad ſententiam Reus, & ad expeditionem cauſæ deuenitur.

3. In formatione proceſſus interrogans debet fugere ſuggeſtiones, quia ſolùm iudex veritatem quetere debet, & illã extrahere ex ore rei, vel textium via naturali, non deceptionibus; vnde iudex ad talem veritatem habendam prius debet procedere interrogationibus generalibus, deinde ſpecialibus, paulatim, quia ſuggeſtiua geſtat ſecum vmbrãm in mente iudicis, & reddit illum ſuſpectum iniquitatis, quando aliàs ſe debet gerere, vt iuſtus, & pius, & quod factum ex

ore

ore rei extraſſerit, & teſtium, non recta veritate; ſed à reo cum timore, ſicut a teſtibus, vel ab iſtis, vt citius expediti remaneant.

4. In cauſis vero Doctrinæ, V. G. ſi aſſereret quod quis faciendo rem talem non ſit peccatum, quæ quidem res peccaminoſa eſt, & reus qui talem rem aſſeruit ignirus eſt, & rudis ſolet interogari, ſi ſcit Eccleſiam Romanam aliter affirmare, ac tenere, ſi dicit ſe neſcire, & talis reſponſio recto Inquiſitori, ſolet ab abiuratione excuſari, ideſt de formali; quando non ſunt res quæ de iure naturali, non tenemur ſcire, vt ſunt Dei præcepta, Eccleſiæ mandata, & ſeptem mortalia peccata, quia ignorantia iuris naturalis neminem excuſat.

5. Si accidit aliquando, vt accidere poteſt, reum negare eſſe perſonam illam, de qua agitur iudicium pro verificatione iudicij, & identitatis perſonæ accuſatæ, neceſſe eſt vt Inquiſitor ex officio illam perſonam recognoſcat cum alijs duabus ſaltem perſonis eiuſdem ſtaturæ nominis, ac familiæ loci, & habitus, & aliquo modo aſpectus, & tunc Inquiſitor, vel eius Miniſter debet interrogare perſonam denunciantem, ac recognoſcentem, ſi inter illas adeſt illa perſona, de qua agitur, &c. & ſi affirmatiuè reſpondeat iniungitur illi, vt ipſum tangat ſuis manibus, & iſtæ diligentiæ fiunt in Sancto Tribunali ad hoc, vt pura veritas habeatur de perſona inditiata, quam debet recognoſcere liquidè, & clarè, longè ab omni ſuggeſtione, & malitia, quæ in illo Sancto Tribunali debet in bannum mitti.

6. Ali-

6. Aliquibus perſonis iterum incidentibus in delictum de quo punitæ fuere, dicendo, vel tentando offendere velle Officiales Sancti Tribunalis, vel teſtes &c. Fit eis dari cautio de ſe repræſentando, quæ quidem cautio debet eſſe ſecura, quantùm fieri poteſt, nec offendendo, etiam in expeditione cauſæ, & inſuper intimatur illis Bulla Pij V. ſub data, ſi de protegendis, explicando ejs quantum valorem habeat; & ad quod ſe extendat; immo ego dico, quod omnibus in Sancto Officio conſtitutis in eorum expeditione talis Bulla debet intimari, vt ſaluetur identitas denunciantium, & teſtium, aliàs nullus veniret ibi ad denunciandum, nec ad teſtificandum.

7. Quando verò non bene in Sancto Tribunali Inquiſitionis remanet probatum delictum, nec reus illum fatetur, ſed nihilominus inditiatus remanet, etiam ſi ad torturam deueniri poteſt, & ad cauſæ expeditionem; iudico tamen bonum eſſe, & magis conſonum iuſtitiæ, & ad frenandum reum, optimum remedium relinquere proceſſum pendentem, data cautione; ſi in reo eſt poſſibilitas, & illam inuenit aliunde, aliàs ſaltem cum cautione iuratoria, intimata Bulla, &c.

8. Ordinarij, & Inquiſitores nunquam debent acceptare denunciationes, neque proceſſus formare de cauſis non ſpectantibus ad Sanctum Officium, ſub prætextu quod ad ipſum ſpectent, V.G. de illis, qui non ſe confitentur ante miſſæ celebrationem ſi ſunt Sacerdotes, aut dicunt Sacrum ſine confeſſione præuia, ſi eſt laicus celebrandi in concubinatu, aut in alio peccato mortali; quod quis Sacerdos confeſſarius reuelauerit

peca-

peccata in Sacramentali confeſſione audita; vel quod ſine cantauerit ante Miſſæ celebrationem ſi eſt Sacerdos, ſicut de illo, qui ante communionem ſumpſit cibum; vel cum proprijs filiabus ſpiritualibus commercium carnale habuit [ſecluſa tamen ſollicitatione in confeſſione] cum commatribus, aut alijs perſonis coniunctis, de quibus caſibus Sancta Inquiſitio non ſe intromittit, niſi quando adſunt inditia alia reddentem accuſatum de fide ſuſpectum, quia tunc talia delicta aggrauant; punitur tamen a Sancta Inquiſitione fractio ſigilli Confeſſionis Sacramentalis. Non procedit pariter Sancta Inquiſitio in cauſis ſodomiæ, neque beſtialitatis, præterquam in Regnis Hyſpaniarum, vnde Hyſpani venientes ad Vrbem, & ſponte comparentes in Sancta Inquiſitione ſe accuſando de tali delicto, Sancta Inquiſitio eorum iuridicam depoſitionem recipit, & deinde Sancta Inquiſitio participat negotium cum Summo Pontifice, qui deinde remittit expeditionem cauſæ ſuo Cardinali Vicario.

9. Aliquando PP. Inquiſitores, & Ordinarij locorum lamentantur inter eos, & iurgia naſcuntur, quod ſi vnus faciat id quod alius putat facere non poſſe, & vicet verſa, & tamen facere poſſunt, & aliquando putant poſſe facere ex ſe ſolis, quod facere non poſſunt, niſi vnitim. Id quod poſſunt facere Inquiſitores ſoli, abſque Ordinarij interuentu, & Ordinarij abſque interuentu Inquiſitorum ſunt quinque, nempe citare, capturare, carcerare, formare proceſſus informatiuos, ac decretum abſolutorium. Id quod facere non poſſunt vnus ſine altero eſt tormenta dare reis, inferre pœnas, & ſententiare.

10.

10. Aduertere debent Inquiſitores, & cautè pergere in caſu ſollicitationis, quod contra Confeſsarios denunncatos de ſollicitatione mulierum in actu ſacramentalis confeſſionis, &c. non credant, nec ad denunciandum, vel teſtificandum admittant mulieres meretrices, neque per dictum vnius carcerandus eſt talis Sacerdos denunciatus, etenim Freitas mox citando numero 27. contra Carenam ait, morem eſſe apud Inquiſitores nullum incarcerari, niſi ſufficientes reperiantur præſumptiones ad torquendum. Sufficiens autem non eſt in hoc caſu probatio ad Confeſſarium torquendum dictum vnius mulieris, & præcipuè malæ famæ. Igitur nec ad carcerandum, quibus addo id, quod Symanch. in Enchyridion violatæ Religionis tit. 25. rubr. de comprehendendis in 5. apud Freitas citandum Farinaccius de hæreſi quæſt. 183. n. 7. etiam in cauſa nullus eſt carcerandus ex dicto vnius teſtis, ſed ſolùm eſt inditium ad inquirendum, quando tamen Confeſſarius eſt malæ famæ. Si enim conſtet de mala fama, & vita Confeſſarij, tunc poteſt procedi ad capturam, & torturam, ita Freitas l. c. n. 28. quod firmat Pater Hyeronim. Trimarchi de confeſſario abutente meæ Religionis Lector Iubilatus, ac in Supremo Tribunali Hyſpaniæ Sanctæ Inquiſitionis Qualificatôr pag. mihi 288. qui in hac materia ſuper cęteros optimè ſcripſit.

11. Immo R. A. P. Laurentius de Peyrin. tom. 2. priuilegiorum conſtit. 4. in Bullam Gregor. XV. §. 3. n. 5. docet quod Reuerendiſs. Inquiſitores ſi mulier eſt malæ famæ, & Confeſſarius bonæ, non eſt audienda, nam creditur hoc facere illam in odium, econtra vero

ſi mu-

ſi mulier eſt bonæ famæ, confeſſarius verò malæ, tunc recipitur cauſa; ſi verò tam fœmina denuncians, quèm Confeſſarius denunciatus ſunt bonæ famæ, non eſt procedendum ad capturam, quia in paritate qualitatis bonæ famæ præualet Confeſſaiius, vt docet Molpheſ. in ſumma tom. 1. tract' 7. cap. 24. n. 37. in fine, & ita determinatum fuit in Sancto Tribunali de Vrbe, vt ex litteris Eminentiſs. Cardinalis Mellini miſſis Vicario General. Illuſtriſs. Archiepiſcopi Genuenſis, vt refert Pater meus dè Peyrinis tom. 3. priuilegiorum cap. 11. n. 4. quas littetas ponit R. Pater Hyeronimus in ſuo tractatu de confeſſario abutente diſput. vltima ſect. 2. pag. 289. n. 11. quod etiam aduertendum eſt circa mulieres accuſantes maritos ſuos, & econtra, nam in hac materia ſuccedunt plures caſus iniquitatis, ſicut de ſubditis contra ſuos Prælatos, & econtra, vt ego expertus ſum in pluribus cauſis mihi a Sancta Inquiſitione commiſſis pro proceſſu informatiuo formando.

CAPVT DECIMVMQVINCTVM.

Inſtructio pro formandis Proceſsibus in cauſis Strigium, Sortilegiorum, & Maleficiorum.

1. EXperientia rerum magiſtra apertè docet grauiſſimos quotidie committi errores a diuerſis Ordinarijs, Vicarijs, & Inquiſitoribus in formandis proceſſibus contra Striges, ſiue lamias, ſiuę maleficas in notabile præiudicium, tam Iuſtitiæ, quàm huiuſmodi mulierum inquiſitarum, ita ut in hac Sancta Romana Inquiſitire Generali aduerſus hæreticam prauitatem

uitatem obſeruatum fuit, vix repertum fuiſſe aliquem proceſſum ſimilem, rectè, & iuridicè fabricatum; immo plerunque neceſſe fuiſſe quàm plures Iudices reprehendere, & multoties punire ob indebitas vexationes, carcerationes, nec non diuerſos malos, & impertinentes modos habitos in formandis proceſſibus, reis interrogandis, exceſſiuis torturis inferendis, ita vt quandoque contigerit iniuſtas, & iniquas proferri ſententias, & vltimi ſupplicij, ſiue traditionis brachio ſeculari, & reipſa compertum eſt multos Iudices nimis faciles, ac procliues fuiſſe ob leue, ac minimum inditium, credere aliquam mulierem eſſe ſtrigem, & ideo nihil omninò prætermiſiſſe, vt ab huiuſmodi muliere, & modis illicitis talem confeſſionem extorqueant, cum tot, tantiſque inueriſimilitudinibus, varietatibus, & contrarietatibus, vt ſuper tali confeſſione nullũ, aut modicũ ius fieri poſſet; quapropter vt tam Ordinarij, & Vicarij, quàm Inquiſitores de cętero magis cauti eſſe poſſint in conficiendis huiuſmodi proceſſibus, infra diligenter & accuratè pręoculis habeant, & conſiderent dicenda a me infra in hoc capite vigeſimo ſexto.

2. Error principalis, & peculiaris omnium fere iudicum in hac materia eſt deuenire non ſolum ad Inquiſitionem, & carcerationem, ſed ſępè etiam ad torturam contra aliquam mulierem de maleficio imputatam, quamuis non conſtet de corpore delicti, ſiuè maleficij, & tamen in iure indubitatum eſt ad tales actus deueniri minimè poſſe, niſi prius de huiuſmodi corpore delicti conſtet, cum agatur de delicto cuius

veſtigia remaneant, &c. corpus autem delicti non dicitur probatum, prout multi Iudices videntur præſupponere, ex eo quia prętenſus maleficiatus ſit, vel fuerit infirmus, ſiuè deceſſerit; Clarum eſt enim quod infirmitas, & mors regulariter ex maleficijs non proueniat, ideo oportet exquiſitas diligentias iudiciales adhibere, examinando medicos, qui infirmum curarunt; illos diligenter interogando, de qualitate infirmitatis, & antecedenti ex ant medicina dignoſcere poſſint infirmitatem eſſe, vel eſſe poſse naturalem: Illos etiam interrogando circa totam ſeriem, & accidentia ipſius infirmitatis à principio, omnia fuſius in proceſsu redigentur ad hoc, vt ſi fortè aliquis medicus per imperitiam (prout multoties euenit) neſciuiſset qualitatem morbi, & propterea iudicaſset non eſse naturalem; ſed ex maleficio prouenire; Alius medicus magis peritus habita notitia omnium eccidentium eiuſdem infirmitatis licet infirmum non viderit, poſſit dignoſcere an talis infirmitas ex morbo naturali nec ne prouenire potuerit, examinandus eſt, & vlterius maxime congruum eſſet ad eundem effectum iudicialiter examinare familiares infirmi, pro habenda notitia principij infirmitatis, & eius progreſſus; nec non facere vt quis exorciſta peritus, in artę, ac bonæ conſcientię illum viſitaret, & iudicium ſuum factis experientijs debitis relationem iudicialiter de toto negotio tribueret, ex hoc enim appareret an conuenirent depoſitiones medicorum, & familiarium circa accidentia infirmitatis, & ſic tutius poterit fieri iudicium à Iudice, an conſtet de corpore maleficij, &c. quod ſi ex huiuſmodi dili-

gentijs Iudici apparebit infirmitatem , eſſe , vel fuiſſe naturalem procul dubio procedere non debet contra accuſatam perſonam de tali maleficio ſi vero medici periti exorciſtæ clare iudicauerint eſſe , vel eſſe poſſibile probabiliter maleficium ; tunc Iudex ſecurius cogitare poterit de inquiſitione formanda contra perſonam accuſatam de tali maleficio.

3. In ſuper antequam iudex deueniat ad carcerationem prętenſæ malefichæ debet diligenter rimari contra inditia quæ ſunt contra illã ; nec ex ſola denunciatione prætenſi maleficiati , & eius actinenrium eſſe facilis ad carcerationem , niſi ſimul aliqua probabilis cauſa , obquam animus Iudicis rationabiliter moueri poſſit , ad credendum quod mulier accuſata talę maleficium comittere voluerit , & eiuſdem cauſę aliquam probationem , vel ſaltem non leue Iudicium habeat , ante quam ad carcerationem deueniat.

4. Aduertat præcipuè iudex in ipſo actu carcerationis diligenter facere perquiſitionem in domo mulieris inquiſitæ , & talem perquiſitionem per ſeipſum , aut Vicarium idoneum , ac expertum faciat , adhibito notario ; nec huiuſmodi perquiſitioni interueniant perſonæ attinentes aut familiares prætenſi maleficiati , ne contingat [prout aliquando ſuſpicatum eſt) doloſe aliqua ſupponi , maleficium denotantia in graue præiudicium Reæ inquiſitæ , & indicta perquiſitione adnotentur per notarium , omnia reperta in domo , & captis , & non ſolùm quæ poſſunt iuuare intentionem fiſci ; ſed etiam quæ poſſunt iuuare ream inquiſitam , prout , Immagines ſanctorum , Caronæ , diui-

na officia, libri deuotionum, ſchedulæ comunionis, aqua, & palmæ benedictæ, & alia ſimilia, illa deſcribendo ſingillatim in inuentario perquiſitionis conficiendo. Nec ſint faciles Iudices, ad firmiter credendum, aliqua reperta, prout oleum in vaſculis pinguendis, pulueres, & ſimilia, eſſe aptata ad maleficium, ſed faciant illa conſiderare à peritis, ad effectum vt dignoſcatur an deſeruire poſſint ad alium finem, quam maleficij.

5. Multoties euenit quod familiares prætenſi maleficiati credentes maleficium perquirunt intus anclinteum ceruical, & lectuum ipſius infirmi, & cum inueniant inuoluera quæ videntur ad maleficium aptata illa deferuut ad Iudicem, qui ſuper hoc maximum facit fundamentum, ad effectum probandi maleficium, & in hoc debet eſſe multum vigilans, & circumſpectus iudex, facile enim euenire poteſt, vt talia a familiaribns infirmi ſuppoſita fuerint, & ſic facilius iudex inducatur ad credendum maleficium, & ad procedendum contra aliquam perſonam, vnde in hoc caſu ego vocarem exorciſtam expertum, vt illas combureret, prœuio exorciſmo, &c. quia abiſſis in tali actu multoties dignoſcitur an ſit materia maleficij, nec ne.

6. Prætérea iudex bene aduertere debet, qualitatem repertorum in huiuſmodi lectis, cum enim anaclienteria, & alia prædicta conficiantur ex pluma, aut lana, & quotidie intermiſceantur, facile euenire poteſt, vt ſpatio alicuius temporis fiant quædam inuoluera, quæ videantur præſeferre ſuſpicionem maleficij, & tamen naturaliter, ex præmiſſis contingere poſſunt,

vltra

vltra quod in actu confectionis huiuſmodi anaclinteriorum, & aliorum prędictorum, ex in curia magiſtri illa fabricantis, aliqua intermiſceri potuerint, ex quibus huiuſmodi inuoluera ex ſe confecta fuerint.

7. Et ideo, ſi perquirentur ſingulorum lecta præcipuè ex pluma confecta facilè in aliquibus ſimilia inuoluera reperientur, nec etiam eſt mirum quod in huiuſmodi quandoque reperiantur acus, nam vbi ſunt mulieres, acus vbique abundant, & facile eſt quod per accidens, ſpatio alicuius temporis multæ acus in prædictis mobilibus percludantur, propterea ego dixi in hoc C. ſupra n. 5. quod vocarem exorciſtam expertum ad talia cognoſcenda, & comburenda.

8. Neque forſan ab re eſt conſiderare, Dęmonem talia aliquando ſupponere potuiſse, abſque participatione, & aſſenſu alicuius, vt inde credatur maleficium commiſſum, & ſic aliqua perſona indebitè damnum patiatur, quemadmodum videmus in actu exorciſmi, non nullorum obſeſſorum, qui videntur euomere acus, claues, & diuerſa inuoluera, quæ tamen impoſſibile eſt obſeſsos in corpore habere, prout non habent, ſed Dæmon in illo actu talia ſupponit ad hos obſeſſos, vt credatur fortè obſeſsum eſse maleficiatum, & aliquis inde indebitè moleſtetur (vnde in dictis a Diabolo per os obſeſsi, in hoc non eſt credendum) ex quibus patet quàm circumſpectus eſse debeat Iudex Inquiſitor circa huiuſmodi reperta, cum de facili, vel potuerint ſupponi, vel eſse naturalia, vel facta opera Dæmonis, ſine alicuius miniſterio, (non nego tamen, quod talia maleficia, a lammijs opera Dęmonis non fiant.)

9. Con-

9. Conſuëuerunt [parum quidem prudenter] multi exerciſtæ iuxta non bonam (quo ad hoc] Theoricam flagelli Dęmonum, interrogare Dęmonem in exorciſmis, quomodo ingreſsus fuerit corpus obſeſsi, & an, ex maleficio, & quis huiuſmodi maleficium comiſerit, vnde Dęmon pater mendacij, & inimicus quietis humanæ, ſæpè reſpondit ſe ingreſſum eſse corpus obſeſſi, & ex maleficio facto à tali perſona in tali cibo, ſiuè potu, & vt Dęmon magis certum reddat exorciſtam, & alios de hac re, ſupponit euomenda ab obſeſso, quędam ſimilia ei rei in qua dicit maleficium factum fuiſse, & alia pleraquæ vt ſupra dictum eſt.

10. Hinc diuerſis vicibus obſeruatum eſt, aliquos Iudices formare proceſsus contra prædictos maleficos nominatos à Dęmone vt ſupra, tamquam ſi ex dicto Dęmonis probentur premiſſa, vnde ſuper huiuſmodi proceſsibus nulla vis facta fuit à S. Congregatione, immò ſemper fuerunt reprehenſi exorciſtæ qui parum fideliter officium tam pium exercentes, & tamen Dęmonem, vt ſupra, interrogantes, & Iudices qui ſupra Dęmonis reſponſione proceſsum formarunt: & vtinam non reperirentur aliqui exorciſtæ, qui parum fideliter dictum Officium exercentes, & potius ratione lucri quam pietatis multas impoſturas confingunt. Hinc eſt vt quandoque plures fuerint priuati munere exorcizandi.

11. Aliqui Iudices opinantur (& perperam quidem) quod eo ipſo, quod aliquis reperitur obſeſſus, id ex maleficio prouenerit, & ex hoc ſolo iniuſtè formant

pro-

proceſſus contra perſonas aliquo modo abſeſſis infeſſas, vel aliundè inditiatas, hoc eſt maximum abſurdum, cui enim dubium eſt quod ſine maleficio, ex Dei permiſſione poteſt Dœmon corpus alicuius? vexare Caueant itaque omninò Iudices ne ex ſola obſeſſione Dœmonis conficiant proceſſus ſuper maleficio, imo etiam ſint cauti, ne decipiantur ab aliquibus, qui in præmiſſis impoſturam committunt, & diuerſimode ſe obſeſſos, ſæpe etenim ſimiles fingunt, o ſimulatores repeìuntur.

12. Non ſint faciles Iudices ad faciendam magnam contra aliquam perſonam, vt ſtrigem, & maleficam, ex inditio famæ, quamuis enim aliàs inditium famæ magni momenti ſit, attamen in iſta materia ob odium commune, quod habetur in ſtriges, contra quas omnes vnanimiter clamant, facillimè inſurgit huiuſmodi fama contra aliquam mulierem, præcipuè quando eſt vetula, & turpis famæ, vnde vel modicum fundamentum ſuper tali fama fiat, vel ſaltem diligenter Iudex interroget teſtes quanto tempore ortum habuerit, & a quibus, & qua occaſione. Hinc enim forſan ſæpe ex proceſſu apparebit famam eſſe inditium modici momenti.

13. Vlterius aduertendum eſt, quod quemadmodum mulierum genus eſt maximè ſuperſtitioſum, & ſortilegijs precipuè amatoris deditum, non tamen ſequitur, quod ſi aliqua mulier ſortilegia, & incantationes, vel ad ſananda maleficia, vel ad cogendã hominum voluntatem, vel ad alium quemquam finem feterit, ergo eſt ſtri formalis. Poteſt enim eſſe ſortilegium ſine-

ne apoſtaſia formali ad Dœmonem, licèt non careat ſuſpicione apoſtaſiæ, vel leui, vel vehementi, iuxta qualitatem ſortilegiorum adnotatam in C. accuſatus, §. ſane, de hæreticis in 6. & ideo bonus Iudex dum format proceſſum contra aliquam mulierem confeſſam, vel conuinctam de huiuſmodi ſortilegis, non ſit facilis ad concipiendum in animo ſuo, quod ſit apoſtata formalis ad Dœmonem, quamuis hoc eſſe poſſit, ſed quando deueniet ad torturam contra hanc mulierem, illam in genere interroget, an habuerit aliquod pactum cum Dœmone, iuxta ea quæ inferius dicam circa modum torquendi, & ad hoc maximè aduertere debent Iudices, quia in hoc multi decipiuntur falſo putantes, quod huiuſmodi ſortilegia fieri non poſſint ſine apoſtaſia formali ad Dœmonem, & hinc oriuntur maxima prçiudicia mulieribus inquiſitis de huiuſmodi ſortilegijs. Iudices enim minus periti, vel aliter nimis faciles ob lecturam aliquando librorum de ſortilegijs, & ſtrigibus tractantium, hoc falſo præſuppoſito decepti, nullam viam relinquunt, etiam indebitam pro extorquenda confeſſione mulierum, quæ ſæpiſsimè ob diuerſos malos, & illicitos modos adhibitos, tandem inducuntur ad fatendum, ea quæ nunquam cogitarunt; quod euenit ſçpiſſimè etiam in alijs caſibus coram Iudicibus criminalibus, & vtinam ſic non eſset, quia non ſuſpenderentur tot innocentes. Vt ergo euitentur huiuſmodi mala, modos ad infraſcripta attendant diligenter inſti Iudices.

§. 1. In primis quantum fieri poteſt non permittant mulierem carceratam ob maleficium, aut ſortilegium

quompiam alloqui, & ſi plures reperiantur mulieres carceratæ in materia præfata, non permitantur ſimul alloqui, ſed retineantur in carceribus ſeparatis, quia ſępe multæ conuenerunt falſum fateri contra ſe ipſas in materia apoſtaſiæ putantes hac via citius a carceribus eximi.

15. Nullo modo curent, neque permitant Iudices, quod cuſtos carceris, aut alius, quiſquis ſit illis mulieribus ſic carceratis, ſuadeat quod fateri debeant] cum examinatæ fuerint, multoties enim compertum eſt, quod mulieres huiuſmodi ſuaſionibus impulſæ, aut etiam ſpe impunitatis promiſſæ (quæ tamen eis nunquam promitti debet) falsè dicunt, id quod nunquam in eorum mente cecidit.

16. Iudices nunquam alloquantur huiuſmodi mulieres carceratas circa merita cauſæ, niſi iudicialiter eas examinando, nullas ſuggeſtiones in illas interrogando illis faciant; ſed ab initio interrogentur, an ſciant, vel præſumant cauſam examinis, ſeu carcerationis; deinde de inimicis, & cauſa inimicitiarum, quis fuerit earum confeſſarius, & alijs ſimilibus, ex quibus detegi poſſit bona, vel mala earum vita, & conditio; deinde in genere poſſunt interrogari, an ſciant aliquod ſortilegium, & ad quem effectum, & an vnquam huiuſmodi, aut aliud ſortilegium executioni demandauerint, & ſi negauerint, poſſunt fieri illis alia interrogatoria in genere paulatim, aperiendo quod deponitur in proceſſu eas ſcire, aut commiſiſſe tale, vel tale ſortilegium, & tandem ſi omnia negant, poſſunt eis in diuerſis interrogationibus paulatim obijci, quæ in proceſſu

ceſſu contra illas habentur; ſuppreſſis tamen nominibus, ac cognominibus teſtium; ſicut & inditijs, ac circumſtantijs, ex quibus inquiſitæ ad notitiam deuenire poſſent, qui ſint teſtes; & tandem completo proceſſu informatiuo contra illas, ſi adhuc perſiſtant in negatiua, erunt repetendi teſtes proceſsus offenſiui, quæ repetitio, vt recta, & valida ſit, formandi ſunt prius articuli expenſæ fiſci ſuper capitibus, quæ pro fiſco prætenduntur, & copia dictorum Articulorum eſt danda ipſis inquiſitis, aſſignando eis Aduocatum, & Procuratorem idoneum, etiam ex officio, quatenus inquiſitæ, vel ob paupertatem, vel alia de cauſa illas non habeant, eiſdemque tempus congruum detur ad danda interrogatoria, quo elapſo, fiat repetitio; facta repetitione detur eiſdem tempus, ſiue terminus ad faciendas defenſiones, deturque eiſdem etiam copia proceſsus; & factis defenſionibus, ſiue elapſo termino ad faciendas illas, Iudex Inquiſitor congreget ſuos Conſultores, & alios Officiales, in qua quidem Congregatione per extenſum proceſsus legatur, ſuppreſſis nominibus, & cognominibus, & circumſtantijs, & ſi de modo expeditionis cauſæ non ſint concordes, aut cauſa ſit grauis, vel ratione delicti, vel ratione perſonæ, non deueniatur ad torturam, niſi prius conſulta Sacra Congregatione, ad quam debeat miti integra copia proceſsus tam offenſiui, quàm defenſiui, & quando videretur Iudicibus cum voto ſuæ Congregationis ſine difficultate ad torturam deuenire poſse, quoniam inditia eſsent vrgentia, aduertatur ne in ipſa tortura interrogentur de delicto in ſpecie, quod prætenditur,

ditur, ſed tantum antequam deueniatur ad torturam, obijciantur eis iterum inditia, quæ in proceſſu habentur, & poſtea in actu torturæ interrogentur tantùm, vt dicant veritatem de his, ſuper quibus fuerunt interrogatæ, & ſi fateri cęperint, non ſuggeratur eis aliquid, ſed tantùm recipiantur, & ſcribantur verba præciſa earum confeſſionis, interrogando poſtea in genere ſuper vlteriori veritate.

17. Aduertatur ne tortura detur cum ſquaſſis, vel aliquo pondere, ſiue baculo ad pedes, ſed ſit ſimplex eleuatio in tortura funis, aut ſit ſimplex tortura alterius generis tormentorum, quatenus tormento funis torqueri non poſſit.

18. Non ſint faciles Iudices ad repetitionem torturæ niſi cauſa ſit grauiſſima, quo caſu erit conſulenda Sacra Congregatio Supremæ Inquiſitionis de Vrbe, vt ſupra a me dictum eſt.

19. Nullo modo abredentur aliqui pili, aut capilli ipſarum mulierum, nec Iudices vim faciant contra inquiſitos in quodam inditio, ab aliquibus Doctoribus conſiderato; videlicet quod forſan huiuſmodi mulieres maximè in tortura non emittant lacrimas.

20. Tortura nunquam excedat tempus vnius horæ, nec de facili tortura per horam inferatur, niſi ſtante grauitate cauſæ, & vrgentibus inditijs ſimul, & in fine examinis adnotetur tempus, quo in tormento manſerunt.

21. Aduertendm eſt maximè, quod in euentum, in quem huiuſmodi mulieres apoſtaſiam ad Dęmonem, & acceſſum ad ludos diabolicos fatentur (quo caſu cor-

pus delicti aliunde probari non poteſt, quàm per propriam confeſſionem) curandum eſt ſane minima ſuggeſtione huiuſmodi mulieres, tota ſeries facti à ſemetipſis recenſeatur,& cum ab initio ad id inductæ fuerint, de tempore, & alijs circumſtantijs, nam hoc modo videri poterit, an confeſſio huiuſmodi apoſtaſiæ, & acceſſus ad ludos diabolicos, veriſimiles ſint, nec ne: & caſu quo fateantur aliqua particularia, ſeu circumſtantias, quæ ſunt verificabilia, omnino Iudices diligentias faciant pro his verificandis, quia ſic veriſimiles redduntur confeſſiones circa apoſtaſiam, & acceſſus ad ludos diabolicos, aliàs ſi dictæ circumſtantiæ falsè adductæ] comparrentur dubitari poſſet de veritate huiuſmodi confeſſionis forſan ſequutæ, vel vi torturæ, quæ eſt remedium fallax [etiam ſi Iudices criminales, & vt plurimum crudes maximè in ea confidant) vel ſuggeſtione alicuius, vel carceris tędio in quo Iudices ſemper debent curare cauſarum expeditionem, vel quia ſæpe rei putant ſibi indulgendum eſſe, pro vt aliquando compertum eſt iſtis reſpectibus mulieres falſo, falſam eſſe apoſtaſiam, & acceſsus ad ludos prædictos. Vnde vt faciliùs Iudices poſſint ſe abſtinere à quacunque ſuggeſtione quando mulieres incipiunt fateri talem apoſtaſiam; forſan melius eſſet, vt tunc Iudices obliuiſcerentur eorum, quæ dicunt Doctores in iſta materia, quia ſępe viſum eſt, quod Iudices in ordine ad ea, quę perlegerunt apud DD. multa præiudicia faciunt his mulieribus.

22. Et quatenus tales mulieres fateantur apoſtaſiam & acceſſus ad ludos, & nominent complices in huiuſmodi

ſmodi ludis, nullo modo procedatur contra huiuſmod complices, quia cum talis acceſſus plerunque per illuſionem contingere poteſt. Iuſtitia non poſtulat quod contra complices cognitos per illuſionem procedatur, ſed ſolùm contra verè, & realiter cognitos.

23. Omninò Iudices ſcribere faciant in proceſſu interrogatoria omnia per extenſum ab Iudicibus facta, ſicut & propria verba reſponſiua rei conſtituti ad hoc, vt ex lectura proceſſus appareat qualia illa fuerint, & an adſint ſuggeſtiones, &c etenim cum maximo abuſu, & præiudicio conſueuerunt aliqui Iudices mandare vt ſcribatur. Ad interrogationem reſponderunt, ſiue reſpondit, &c.

24. Multi etiam Iudices deueniunt ad formandos proceſſus ſimiles, ita vt ex proceſsu non colligatur vllo modo quale fuerit primum inditium, & vnde prouematur, ſed ſolùm proceſsum ſic incipiunt. Cum ad aures, &c. peruenerit, &c. ſiue præcedente fama publica, &c. [Caueant igices ab iſto errore, qui non eſt parui momenti] & ſemper examinent in principio proceſsus perſonam, ſeu perſonas, quæ ad aures primo aliqua dixerunt, vel quomodo talis fama ad eius notitiam peruenerit, & cuncta ſeriatim in proceſsu redigant, ita vt nihil omninò omitatur.

25. Contingere poteſt plerunque, quod infantes decidant ex ſuffugatione lectulũ pauperũ matrũ, & nutricũ, & ob id prohibetur ab Ordinarijs matribus, & nutriticibus, ne in eorum lectis, ſed in incunabilis ſeparatim infantes retineant; Id circo prudentes Iudices bene aduertant, quia ſequuta aliquando ſimili ſuffugatione,

tione, ne illa detegatur, matres, ſiue nutrices propalant infantes occiſos fuiſſe a ſtrigibus; & ideo in ſumendis denunciationibus ſimilibus Iudices caute currant.

26. huiuſmodi cauſis, & proceſſibus S. Officij formandis omnino debent ſeruari tam a ſacra Congregatione ſupremi Tribunalis Inquiſitionis S. de Vrbea tã cęteris ſub alternis, & quando Rei ſunt pauperes cauere debent iudicæ ab eorum bonorum publicatione, ne ſub prętextu defenſionis fidei calor auri rapiat oculos auidos.

27. An vero in cauſis lamiarum Inquiſitores ſoli ſine interuentu Ordinarij procedere poſſint, reſponſio eſt affirmatiua, eas enim condemnare poteſt, ita cautum eſt per conſtitutionem Adriani 6. incipientem (cum acceperimus) relatam per Pegnam inter litteras pro Sancto Officio, ita ipſemet Pegna in addit. ad lucernam Inquiſitorum ad tract. de ſtrigibus verſ. quod ſi quęras fol. 157. addit. tamen in fine quod tutius eſt in cauſis lamiarum procedere, ac in ea vſis hæreticorum; & proceſſus fiant requiſitis ordinarijs iuxta iuris diſpoſitionem, & vt pax inter dictos miniſtros Eccleſiæ ſeruetur ad maiorem Dei honorem bonum erit.

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

In quo aliqua curioſa adnotantur.

SVperius cap. 12. locutus fui de male loquentibus de excomunicationibus, ac de auctoritate Pontificis & Epiſcoporum circa hoc videndum eſt modo an qui

illas

illas non obſeruant, dicantur illas ſpernere ſi non explicite ſaltem implicitè, & an Sancta Inquiſitio contra iſtos procedere poſſit; ego breuiter dico quod putarem, non obſeruantia Bullarum Pontificum, & excomunicationum ipſius Pontificis, ſit ſpretus illarum hac occaſione, loquar de ordine Bullæ, aut Decreto facto ab Vrbano octauo Pontifice maximo ſub die 30. Ianuarij 1642. quæ incipit [cum Eccleſiæ] pro Archiepiſcopatu Hyſpalenſi in quo ſub pęna excommunicationis maioris, &c. prout dicam infra præcipiedo, &c. & Innocentius Decimus ſimiliter ſummus Pontifex prohibuit Tabachum in Eccleſia, & atrio S. Petri de vrbe, &c. videndum eſt modo, quid dicent Theologi in hac materia, & an Contrauenientes incidant, &c. & perſeuerantes ſubdantur pænis contra ſpernentes Bullam, & excomunicationes Pontificum, &c. ad eius difficultatis claritatem, ac deciſionem multa ſunt quærenda, ac examinanda, breuiſſimè tamen.

Quæres I. An ſit peccatum accipere Tabaccum quolibet modo; hoc eſt ſiue ſolidum, ſiue conciſum in fruſtra illud maſticando, vel in puluerem redactum ore, aut naſo, vel in fumo per tubulos illud hauriendo, vel aliàs quomodolibet in Eccleſijs, vel in earum atrijs, & ambitu? Præmitto, quod tempore Vrbani Papæ VIII. exijt quædam Bulla Apoſtolica, cuius initium eſt Cum Eccleſiæ, &c. Dat. Romæ die 30. Ianuarij 1642. pro Archiepiſcopatu Hiſpalenſi, vbi Pontifex ſub pœna excomunicationis maioris latæ ſententiæ, & ſine vlla declaratione incurrendæ interdicit, quod a fidelibus illius Archiepiſcopatus non ſumatur

tabac-

tabaccum ſiue ſolidum, ſiue in fruſtra conciſum, ſiue in puluerem redactum, ſiue in fumo in Eccleſijs, eorumque atrijs, & ambitu: Bullam hanc refert noſter Pater Angelus Vigus in addit. ad priuileg. ſeu Bullarum Pat. de Peyrinis Bulla 21. & ad maiorem dilucidationem quæſiti notat §. 2. eiuſdem Bullæ verba tenoris ſequentis: Omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus perſonis tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis, etiam cuiuſuis Ordinis, inſtituti, ac militarum, etiam Hoſpitalis Sancti Ioannis Hyeroſolimitani, regularibus quomodolibet qualificatis, & quantumlibet priuilegiatis, & exemptis, etiam ſpeciali nota expreſſione dignis, ac de cętero in quibuſuis Ciuitatis, & Diœceſis prædictarum Eccleſijs, earumque atrijs, & ambitu, tabaccum ſiue ſolidum, ſiue in fruſtra conciſum, aut in puluerem redactum ore, vel naribus, aut fumo per tubulos, & aliàs quomodolibet ſumere audeant, vel præſumatur ſub excomunicationes latæ ſententiæ eo ipſo abſque aliqua declaratione per contrafacientes incurrenda, pœna auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Vſum Tabacci prohibuit Innocentius Papa X. ſub excomunicatioins pœna pro Eccleſia Sancti Petri ſolùm hoc præmiſſo.

Dicerem primo quod capitale peccatum committunt omnes exiſtentes intra limites Archiepiſcopatus Hyſpalenſis, ſi ſumunt tabaccum aduerſus hanc Bullam Pontificiam: Ita Zaccharias Paſqualigus in cent 99. moral. quæſt. 173. n. 1. & huius doctrinæ ratio euidens eſt, nam illis interdicitur ſub pœna excomunicationis maioris, at hæc tam grauis non videtur habere locum, vt

dicunt omnes Doctores Theologi, Canoniſtæ, & Summiſtæ, niſi præſupponatur interfuiſſe peccatum capitale, igitur, &c.

Dicerem II. quod etiam tabaccum ſumentes in quolibet modo intra limites dicti Archiepiſcopatus in Sacriſta peccant mortaliter. Ita non pauci grauiſſimi Theologi Hyſpani è Societate Ieſus a me Romæ conſulti in vltima Congregatione Generali P. Mutij Vitelleſchi Præpoſiti Generalis eiuſdem Societatis, & ratio eſt, tum quia nomine Eccleſiæ venit etiam Sacriſtia, vtpote Eccleſiæ annexa. Vndè etiam ibi Sacerdotes Miſſam celebraturi ſe ſe ad illam meditationibus, vel pſalmorum, & orationum recitatione præparant, veſtibus induunt, & Miſſa peracta, referentes Deo gratias aliquo modo perturbantur, non ſolùm quia nunquam tabacchiſtæ ſilent, ſiquidem ſolent alios inuitare ad ſumendum tabaccum, vel nunquam illud petentibus denegare videtur, ac per conſequens frangitur ſilentium illi loco debitum, vt religiosè, ac doctè more ſuo docet Pat. de Peyrinis in comment. in reg. Minimor. cap. 8. §. 36. queſt. 2. n. 3. ſed quia concitantur etiam ipſi ad tabaccum ſumendum, quod eſt indecorum, & indecens, vt patebit ex infra dicendis. Tum quia in citata Bulla prohibetur vſus tabacci in atrijs, & ambitu Eccleſiarum, ergo potiori iure dicitur eſſe prohibitus in Sacriſtia, nam magis accedit ad Eccleſiam Sacriſtia, quàm atrium, & ambitus Eccleſiæ.

Dicerem III. quod etiam ſumentes tabaccum illi, qui exiſtunt in Archiepiſcopatu Hyſpalenſi, in Choro peccant mortaliter; ita docti Theologi, nam Chorus

eſt

eſt pars principalis Eccleſiæ, vbi ibi militant rationes quæ militant pro Eccleſia, & non ſolùm eſt ſermo de Choro inferiori poſt Altare maius poſito, ſed etiam de Choro ſuperiori, qui vulgariter vocari ſolet (ſupra populo.) De primo non eſt difficultas; eſt enim Eccleſia. De ſecundo patet, nam vt intra Eccleſiam, cum ſit infra tectum Eccleſiæ, & quicumque Chorus eſt deputatus ad diuinas laudes decantandas, & non ad excitanda corporis excrementa, & circa has concluſiones aliquot inſurgunt difficultates, & ideo

Quæres II. Si in Eccleſia nulla reperiatur perſona, quæ poſſit ſcandalizari vſu tabacci, an ibi illo vtens peccet mortaliter? Negabant aliqui Clerici ſeculares Hyſpani dicendo, quod ſecretè in Eccleſia ſumentes tabaccum, ita vt a nemine videantur nequaquam capitale peccatum committere dicuntur. Horum fundamentum erat, nam cauſa talis vſus tabacci interdicti fuit duplex: prima, ne aliæ perſonæ ſcandalum recipiant; Secunda, ne diuina perturbarentur miniſteria, ſed quando nemo reperitur in Eccleſia ceſſant illæ duæ cauſæ, nam nullum ſequi poteſt ſcandalum, nec vllo modo perturbantur ſacra miniſteria, præſertim ſi diuinum non cantatur Officium, nec Miſſæ celebrantur, & Eccleſiæ portæ reperiantur clauſæ.

Ego autem ſemper dicam, ſaluo doctiori iudicio, quod licèt nemo reperiatur in Eccleſia, & portæ ipſius eſſent clauſæ, nihilominus vtentes tabacco in Eccleſia, peccatum capitale perpatrare dicuntur; Ita nobiliſſimi Theologi Hyſpani, & ex Minimis Pat. Paulus Turreno Sacræ Theologiæ profeſſor emeritus, & totius Or-

dinis Minimorum Vicarius Generalis in integro: Et huius doctrinæ ratio eſt, quia vbi lex non diſtinguit, nec non diſtinguere debemus, vt patet ex l. de pretio ff. de public. in rem act. l. non diſtnguemus, ff. de recep. arbitr. l. Præſes, ff. de offic. Præſid. l. 2. §. conuenire, ff. de iudic. l. quos prohibet, ff. de poſtul. l. c. §. quod autem, & ibi gloſſ. verb. ſimpliciter, ff. de aleator. l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdictione, l. illam, C. de collat. & patet etiam ex C. Romanorum diſtinct. 9. c. conſuluiſti 2. quæſt. 5. c. ſolitæ de maiori, & obedient. c. quia circa 22. de priuileg. Clement. vlt. de reſcript. & recipiunt hoc axioma omnes DD. Theologi, Canoniſtæ, Iuriſtæ, & Summiſtæ. Sed Pontifex Vrbanus VIII. in citata Bulla nullam fecit diſtinctionem de Eccleſia clauſa, vel aperta, præſente, vel non præſente alia perſona, ergo neque nos poſſumus facere aliquam diſtinctionem; & a verbis non eſt recedendum, vt patet ex l. non aliter, ff. de legat. & ex c. vlt. & ibi gloſſ. de verbor. ſignific. niſi conſtaret voluntatem legislatoris aliter voluiſſe. Adde quod ex nullo §. citatæ Bullæ colligi poteſt illa duplex cauſa prohibitionis tabacci, ergo iure dicendum eſt, quod vtentes tabacco in Eccleſia, cum in ipſa nemo reperiatur, peccent mortaliter.

Quæres III. An Sacriſtæ, eiuſque miniſtri, qui habitare ſolent in domo adhærente ipſi Eccleſiæ peccent mortaliter in illa domo ſumentes tabaccum? Ratio dubitandi eſt, nam Vrbanus VIII. prohibet ſub illa graui pęna vſum tabacci in ambitu Eccleſiæ, ſed illa Domus, de qua eſt ſermo, eſt intra Eccleſiaſticum ambitum, ergo &c. & affirmatiuè propter hoc motiuum reſponde-

runt

runt aliqui cum ſubito emanata eſt Bulla illa. Verùm ego ſalua ſuperiorum cenſura reſponderunt negatiuè: & huius Doctrinę ratio eſt, quia durum videtur, quod hoc intendiſſet Pontifex, ſiquidem ſacriſtę, ac ceteri Miniſtri penitus vſu tabacci priuarj viderentur, & Legis mens magis eſt attendenda, quam verba, vt patet ex l. ſcire leges. ff. de legibus, l. non aliter ff. de legat. 3. l. nominis & rei §. Verbum ex legibus ff. de Verbor. ſignific. & licet dicatur, quod lex quamuis dura ſeruari, & caſus legis attenditur, vt habetur in l. proſpexit ff. qui, & a quibus: nihilominus in puncto noſtro caſus legis non poteſt attendi, nam illa domus, de qua eſt ſermo, non eſt locus cultui diuino dedicatus: tanto magis quod lex non debet eſſe iniquitatis vinculum, vt docet Cæſar. Angel. de contradictore legitimo quęſt. 19. n. 72. & lex non eſt impoſita Verbis, ſed rebus, vt patet ex l. 2. in fine C. communi de legat l. fin. de vxor. & ex c. 2. requires, de appellat. & illa domus ſolùm dicitur eſſe intra ambitum Eccleſiaſticum materialiter, cùm eius muri ſint annexi Eccleſię, non autem formaliter, cum non ſit cultui diuino dicata, & in gratioſis venit nomine Eccleſiæ V. G. in ſtatu immunitatis Eccleſiaſticę, & in alijs gratijs, & Beneficijs, ſi quæ viderentur eſſe, non autem in odioſis, vt patet.

Quæres IV. ſi ſacriſtia eſſet ita conſtructa, vt non habeat fæneſtram in comuni muro, Eccleſiæ ſcilicet & ſacriſtiæ, neque portam ad Eccleſiam, ſed ſolùm reperiatur communis murus, an in iſta ſacriſtia poſſint vti tabacco ſine pæna peccati mortalis? Bordonus, qui

in

in conſilijs regularium reſol. 30. queſt. 17. n. 21. tenet, quod ſi in iſta ſacriſtia cantetur Canonicum officium ex cauſa rationabili, cantantes non ſatisfacerent obligationi chori, & Prælatus non eſſet excuſatus, conſequenter aſſeret, quod in iſta ſacriſtia non peccarent mortaliter vtentes tabacco; nam illa ratio, quæ facit ad illam ſententiam de officio, militat etiam in hoc caſu, nimirum quia talis ſacriſtia non chorus, cum non eſſet pars Eccleſiæ. Verum ego dicerem peccare mortaliter ita grauiſſimi Theologi conſulti de hoc puncto: ratio autem fundamentalis eſt, nam nulla reperitur lex præcipiens, quod ſacriſtia conſtrui debet cum feneſtra in communi muro, vel cum porta ad Eccleſiam; ſed ſacriſtiæ conſtruuntur iuxta ſtructuram Eccleſiæ, & loci, & ſi habeant communem parietem verè diceretur eſſe intra ambitum Eccleſiaſticum, & partes principales Eccleſiæ. Adid. autem, quod docet Bordonus, dico, quod non eſt verum, vt nuperrimè docuit Diana p. 9. reſol. moral. tract. 7. reſol. 13. nam ſatisfaciunt obligationi de recitando Canonico Officio in choro, ſi perſoluunt in Sacriſtia aliqua rationabili cauſa interueniente, & ante ipſum Dianam docuit Bonaccina de Horis Canonicis diſp. 1. quæſt. 3. p. 5. prop. 1. n. 3. quos ſecutus eſt Caſtro Palaus tom. 2. tract. 7. diſp. 3. p. 4. n. 2. & ratio eſt, tum quia moraliter cenſeretur in Eccleſia perſolutum eſſe officium tum quia ſtante cauſa rationabili nullo graui commodo, per ſe loquendo, Eccleſiam priuaſſe viderentur ita perſoluentes.

Quæres V. ſi ſacriſtia non haberet communem parietem cum Eccleſia, ſed inter ipſum, & Eccleſiam inter-

interlucenter aliqua alia; ita vt Sacriſtia eſſet in loco diſtante ab Eccleſia per plures muros intermedios, ac per plura loca, num ſumentes tabaccum in tali ſacriſtia peccent mortaliter affirmatiuè abſolute nonulli ex eo, quod ſacriſtia in quocumque loco conſtruatur, ſemper venit nomine Eccleſiæ. Ego autem dicerem I. quod ſi in tali ſacriſtia ſumentes tabaccum grauiter perturbarent ſacerdotes celebraturos, vel gratias Deo referentes, in hoc caſu per accidens peccarent mortaliter ratio eſt, quia ex illa graui perturbatione poſſet oriri graue aliud incommodum V. G. Perturbatio mentis eſſet cauſa grauis diſtractionis, vel alterius commiſſionis peccati ſaltem in deliberatione, vel poſſent excitarij ad ſumendum tabaccum, & per conſequens poſſet excitari ſtomacus ad eijcienda excrementa, & ita etiam caput ad ſua eijcienda, quod in celebraturis, vel Deo gratias agentibus eſſet graue periculum eijciendi Sacramentum. At ſi perturbatio eſſet leuis, & veluti per tranſitum, peccatum eſſet ſolum veniale, quia non graue cauſaretur incommodum, vt ex ſe patet.

Dicerem II. quod ſecluſis iſtis circumſtantijs peccaminoſis, & periculoſis ſumentes tabaccum in tali ſacriſtia nullum peccatum mortale committerent: ita graues Theologi conſulti de hoc puncto. Et ratio eſt, nam talis ſacriſtia neque veniret ſub nomine Eccleſiæ, neque ſub atrio, neque ſub ambitu quia multùm diſtaret ex hipotheſi ab Eccleſia. Confirmatur, quia in tali ſacriſtia ſi perſolueretur diuinũ officiũ, perſoluentes non ſatisfacerent ſuæ obligationi de perſoluendo officio in choro, vt iubent ſacri Canones, puta c. final. diſt. 92. & c. 1. de

cele-

celebrat. Miſſarum, vt vult Bordonus loco citato contra Dianam lococitato, & ratio eſt, nam vt dictum eſt nullo modo venit nomine Eccleſiæ cum multùm diſtet ab Eccleſia, & huius opinionis eſt P. Hyeronimus ab Agrigento noſtri minimorum Ordinis Sacræ Theologiæ Moralis profeſſor emeritus; nam ſemper dicebat, quod perſolutio officij ſextæ, ac nonæ; quæ interdum efficiebatur in ſacriſtia Conuentus S. Oliuæ Panormi, non erat cum ſatisfactione, præſertim cum nunquam extabat cauſa ſufficiens; religioſos tamen excuſabat ex eo, quod rigoroſam non habent obligationem in choro ad perſoluendum diuinum officium, vt debent Canonici; & ratione conſuetudinis, quę ſi eſt legitimè præſcripta, & rationabilis, poteſt abrogare quamcumque legem, vt dicunt omnes DD. Theologi, Canoniſtæ, ac ſummiſtæ, & P. de Perinis in comm. in Reg. Minimor. c. 4. §. 12. quæſt. 9. n. 7. docet quod non ſatisfaciunt obligationi, ſi recitent Officium in Dormitorio, vel in aliquâ cellâ, vt euitetur frigus, nam aliquid tollerandùm eſt propter Deum. Excuſat tamen ſi frigus eſſet adeo exceſſiuum, quod non poſſet adiri chorum abſque euidenti periculo ſanitatis, nam humana præcepta non obligant cum tanto periculo.

Quæres VI. Si aliquis Regularium conuentus haberet Chorum, vbi Religioſi ſolitum habent perſoluendi nocturnum officium, qui Chorus non haberet communem murum cum Eccleſia, ſed inter ipſam Eccleſiam, & ipſum Chorum interlocetur lata quædam ala nauis Eccleſiæ, an in iſto Choro tempore, quo cantatur nocturnum officium, ſumentes tabaccum peccatum mor-

tale

tale committere dicantur? Duo dicerem, ſalua ſemper ſuperiorum Cenſura: Primum eſt, quod ſi perturbarentur cantantes diuinum officium, & ſumentes commouerentur ad expellenda corporis, & capitis excrementa cum maxima perturbatione diuini officij, pręſertim inordinatè, hoc eſt, multoties, Tabaccum ſumentes peccant mortaliter, & ratio eſt, quia ſunt grauis incomodi moralis, nam ſinguli ex hypotheſi perturbarentur, & ita graui ſubiaceret incõmodo diuinũ officium.

Dicerem II. quod ex vi conſtitutionis Pontificię non peccarent mortaliter: ita graues Theologi conſulti de hoc puncto: & ratio eſt, quia talis chorus non eſt Eccleſia, neque dicitur ipſius atrium, neque continetur intra ipſius ambitum, quando quidem multùm diſtat ab ipſa Eccleſia.

Quæres VII. An ſumentes tabaccum in Clauſtro alicuius Collegiatæ Canonicæ, vel Conuentus Religioſorum peccent mortaliter? Clauſtrum, de quo eſt ſermo, eſt illud conſtructum iuxta Eccleſiam, non verò illud, quod multùm diſtat ab Eccleſia. Hoc itaque clauſtrum habet quatuor partes, quorum vna dicitur habere communem murum cum Eccleſia, & ita ſi quis in iſta parte Clauſtri ſumeret tabaccum, peccatum committeret capitale: At ratio huius doctrinæ illa eſt, nam hęc pars clauſtri continetur iuxta ambitum Eccleſiaſticum: Reliquæ autem clauſtri partes multùm diſtant ab Eccleſia, & non habent conſequenter communem murum, & ita ſi aliquis ſumeret tabaccum in iſtis clauſtri partibus nullum committeret peccatum mortale: & huius Doctrinæ ratio eſt, quia non con-

tinetur iuxta ambitum Eccleſiaſticum, cum multùm diſtet ab ipſa Eccleſia.

Quæres ſi quis ignoranter, aut inaduertenter in locis iſtis prohibitis ſumeret tabaccum an peccaret mortaliter? Reſp. negatiuè, nam in Bulla habentur hæc duo Verba, audeat, vel præſumat, quæ ſecùndum DD. omnes cum ponantur in lege pęnali, vel in Bullis Pontificijs non ligant tales pęnæ contrafacientes, ſi faciant bona fide ignoranter, aut inaduertenter, ſeu per inaduertentiam; ſi quidem Audere, aut præſumere ſupponunt ſcientiam, & contumaciam, ita explicant DD. in motu proprio Pij Papæ V. de ingreſſu mulierum in Conuentus Regularium, & in ſimilibus, vbi ponuntur illa verba. Portel. in dub. reg. verbo officia Ordinis n. 30. & 42. in addit.

Quæres VIII. An ſumentes tabaccum in Eccleſijs, vel in atrijs, & ambitibus earum extra dictum Archiepiſcopatum Hyſpalenſem V. G. in aliqua Eccleſia huius Vrbis Florentiæ cōmittant peccatum mortale? Zaccharias Paſqualigus loc. cit. n. 2. tria docet, & primùm, quod eſt peccatum ſumere tabaccum in alijs Eccleſijs extra Ciuitatem, & Diœceſim Hyſpalenſem, & probat; nam vſus tabacchi in Eccleſijs, earumque atrijs non dicitur eſſe malus, ex eo quod eſt interdictus; Vnde deformitas, ſeu malitia illius non videtur reſtringenda intra confinia dicti Archiepiſcopatus Hyſpalenſis, intra quem reſtringitur interdictus Vrbani VIII. At propterea dicitur eſſe interdicta ex eo quod eſt prauus; & per conſequens in omnibus locis dicitur conſeruare illam deformitatem; nam ex eo, quod ex proemio Bul-

læ inferatur finis Pontificis, vt patet ex l. fin. ff. de hęred. inſt. & l. cum hi init. ff. de tranſact. per conſequens colligitur ex cit. Bulla Vrbani VIII. quod finis, Papæ fuerit eradicare vſum tabacchi veluti actum prauum, Hęc ſunt Pontificis verba, Nos quibus cunctarum per orbem vniuerſum Eccleſiarum, cura a Deo commiſſa eſt, aduigilare conuenit, vt ab eis de Eccleſijs quicumque actus prophani, & indecentes procul arceantur. Vnde Papa ſupponere videtur talem vſum tabacchi eſſe prauum, & conſequenter extirpandum ab Eccleſijs. Confirmat hanc Doctrinam idem Pasqualigus ex illis, quæ Vrbanus VIII. §. 1. Citatæ Bullę narrat; quę verba faciens de Presbiteris, & Clericis vtentibus tabacco in Eccleſijs, appellat illos Clericalis honeſtatis immemores. Igitur huiuſmodi vſus eſt aduerſus honeſtatē Clericalē, & per conſequens prauus, & culpabilis. Item verba faciens de cunctis, & Clericis, & laicis ibidem aſſerit, Eccleſiaſque prædictas tetro odore inficere magno cum proborum ſcandalo, rerumque ſacrarum irreuerentia non reformident. Igitur vſus tabacchi in Eccleſijs, vt declarat Vrbanus VIII. in citata Bulla dicitur eſſe ſcandalum, & contra reuerentiam debitam rebus ſacris; Igitur eſt etiam prauus, & culpabilis. Hęc autem irreuerentia, quæ committitur ex vſu tabacchi erga res ſacras, in illo conſiſtere videtur, quòd ex eo quod ſacrũ Templum dicatur Domus Dei, ac Diuino cultui dedicatum, & etiam dicatur eſſe Domus orationis, cui totalis ſanctitas conuenire debet ſecundùm Dauid pſal. 92. in illis verbis: Domum tuam Domine decet ſanctitudo, & etiam inſinuare videtur

Vrbanus VIII. in dicto proœmio citatæ Bullæ, dum dicit, quod inſeruit ad eijcienda corporis excrementa, & in illa efficiuntur actiones reliquis concitantes ſtomacum; & hoc certè notat abuſum multum ſcandaloſum, vt ait Papa in cit. Bulla §. 2.

Secundum Paſqualigi dictum eſt quod vſus tabacchi, in quibuſcumque Eccleſijs ex genere ſuo eſt culpa capitalis, nec efficitur venialis, niſi ex leuitate materię: probat hanc Doctrinam ratione, nam talis culpa dicitur fuiſſe digna vt caſtigari poſſit cenſura excommunicationis latę ſententiæ; vt patet ex cit. Bulla, in qua fulminatur cenſura excommunicationis eo ipſo incurrenda prò huiuſmodi culpa; igitur cùm talis cenſura nequeat fulminari, niſi pro culpa capitali, vt patet ex c. Romana, & cap. Dilecto de ſententia excomunicat. & habent DD. omnes Theologi, Canoniſtæ, ac Summiſtæ, talis culpa dicetur eſſe capitalis, maximè quia caſtigatur huiuſmodi cenſura veluti de ſe praua, & vt culpa, & non ex eo, quod eſt interdictus tabacchi vſus: atque adeo non eſt aſſerendum eſſe culpam capitalem ex eo quia ſub Capitali interdicatur ab Vrbano VIII. & non ex eo quia de ſe ſit capitalis, quia Papa inducitur ad interdicendum ſub illa cenſura eo ipſo incurrenda ob indecentiam, & irreuerentiam, quam ſecum affert, & ex eo, quod intendit penitùs eradicare abuſum adeo ſcandaloſum, atque adeo ſupponere videtur, quod vſus tabacchi includat, & habeat illam deformitatem, quæ dicitur eſſe digna, vt tam graui pœna cenſuræ excommunicationis ipſo facto incurrendę caſtigari poſſit.

Tertium quod docet eſt, excuſari interdum a peccato tabacco vtentem, a peccato mortali ratione paruitatis materiæ; & ratio eſſe poteſt, nam paruitas materiæ videtur excuſare in omni materia, his ſolùm exceptis, de quibus alibi.

Verùm ego penſatis, ac rectè, vt fas eſt, maturo iudicio trutinatis omnibus, & præuijs grauium Theologorum conſultationibus Zachariæ Paſqualigi Viri docti, & pij, ita abſolutè doctrinæ adhærere non poſſum, non valeo, non debeo, cum ferè omnes Theologi ſentiant oppoſitum, a quibus diſcedere nefas iudicaui, præſertim cum valido moueantur fundamento, & vt tale fundamentum oſtendatur. Præmitto, quod vſus tabacci dupliciter ſpectari poteſt; Primò, quatenus talis vſus eſt ordinatus, & moderatus, ſecundò prout eſt inordinatus, & immoderatus: Primo modo conſideratus plures affert vtentibus vtilitates, & grauia commoda, vt ſanitas corporalis conſeruari poſſit, vel acquiri, vt patet ex dictis in prima parte huius opuſculi: & vt ſic nullam de ſe dicere poteſt prauitatem, nec phyſicam, vt dictum eſt, nec moralem, quæ nullò modo apparet, niſi quis dicere velit, quod illa ſit ſomniata, vel imaginaria, quæ in vſum tabacchi a ſpatijs illis imaginarijs deſcenderit: Secundo modo conſideratus continet malitiam phyſicam, cum multa ſecum afferat incommoda, & quidem grauia ſanitati corporali vtentium, & per conſequens continet grauitatem moralem, quia homo tenetur ſub culpa prouidere ſaluti ſuæ. Quæ grauitas moralis dicetur eſſe capitalis, vel venialis iuxta grauitatem inordinati, &

immo-

immoderati tabacchi vſus ; nam ſi fuerit tam inordinatus, & immoderatus vſus erit mortalis, ſi autem erit leuiter inordinatus, & immoderatus dicetur eſſe venialis. Vſus itaque tabacchi secundo modo conſiderati aliam poteſt habere moralem conſiderationem, nimirum in ordine ad locum, in quo ſumitur ipſum tabaccum, V. G. reſpectu Eccleſiæ, præſertim illius, in qua conueniunt fideles ; & hæc moralis conſideratio in ordine ad Eccleſiam habet quandam grauitatem, & malitiam per accidens, & vt ita loquar quatenus inordinatus, & immoderatus vſus, vt patet, ſecum affert cęterorum perturbationem : Siquidem etiam alij concitantur ad vtendum tabacco, & ita non ſilent, non attendunt ſacris miniſterijs, non parum ſternutari ſolent, eijciunt excrementa per nares, & multùm expuere ſolent, non pauci rident, alij maledicunt, & ipſum tabaccum, & illo vtentes, & illius inuentores, & illius etiam delatores, & tandem illius venditores : alij proclamant contra Principes, qui non prohibent tabaccum, vel ſaltem non apponunt groſſam, vt ipſorum vocabulis vtar, gabellam ; & hæc prauitas accidentalis eſt contra reuerentiam rebus ſacris debitam, & interdum ſolet eſſe ſcandaloſa : Et hanc moralem, & accidentariam prauitatem non habet ordinatus, & moderatus tabacchi vſus ; nam ita erit ſecundùm prouidentiæ regulas, & per conſequens non cauſat illa incommoda, quæ modo dicta ſunt propter inordinatum, & immoderatum vſum. Hoc præmiſſo

Dicerem I. quod vſus moderatus, & ordinatus tabacchi in Eccleſijs extra limites Archiepiſcopatus Hyſpalenſis

lenſis exiſtentibus non eſt peccatum, ſi tabaccum per nares ſumatur, vel per os illud maſticando; non autem ſi ſumatur in fumo, illum hauriendo per tubulum. Ita plurimi, & grauiſſimi Theologi. Et huius doctrinæ ratio quo ad primam concluſionis partem eſt, tum quia ſumptio tabacchi in Eccleſijs non eſt praua de ſe, vt conſtat ex modò dictis, nec prohibetur in omnibus Eccleſijs, ſed eſt mala, quia prohibita per citatam Bullam Vrbani VIII. cuius prohibitio coarctatur intra terminos, & limites Archiepiſcopatus Hyſpalenſis. Tum quia talis vſus ſcandalum cauſare nequit apud alios, nec diuina perturbantur miniſteria, nam ex hypotheſi tabacci vſus eſt ordinatus, & moderatus, & ſumptio fit ſeruatis prudentiæ regulis. Ratio autem ſecundæ partis concluſionis eſt, quia vſus tabacchi in fumo hauſti per tubulum eſt ſcandaloſus in Eccleſijs; poſſet enim cauſare riſum in alijs, & murmur ſequi poſſet ex illo prauo, & tetro odore, quo Eccleſia inficiatur. Adde quod vſus tabacchi in fumo per tubulos hauſto debet eſſe in aurora; per conſequens de die, vel nocet, aut ſaltem non eſt vtilis, vnde talis ſumptio non fit ex prudentiæ regulis.

Dicerem II. quod vſus tabacchi inordinatus, & immoderatus in Eccleſijs eſt peccatum mortale: ita doctiſſimi Theologi, & ratio eſt, nam ita conſideratis habet illam malitiam, de qua dictum eſt ſupra in doctrina præmiſſa. Adde quod finis Vrbani Papæ VIII. fuit extirpare ab Eccleſijs Archiepiſcopatus Hyſpalenſis vſum tabacchi immoderatum, & inordinatum, qui erat ſcandaloſus, vt patet ex proemio Bullæ, & per conſequens

ex

ex eo quod Hyſpani, & præſertim Betici conſueti ad ſumendum tabaccum non poſſunt contineri intra limites ordinatæ, ac moderatæ ſumptionis iuxta prudentiæ regulas, propterea prohibuit ſub graui illa pœna excomunicationis maioris latæ ſententiæ eo ipſo incurrendæ vſum tabacchi, & ordinatum, ac moderatum, & inordinatum, ac immoderatum.

Dicerem III. contra Paſqualigum, quod non datur paruitas materiæ in ſumptione tabacchi, & huius doctrinæ ratio eſt, nam tabaccus ſumitur in ſatis exigua quantitate, cum quis vtitur illo moderatè, ac ordinatè, vt patet. Niſi Paſqualigus vel nomine paruitatis materiæ intelligat odorem tabacchi, & non ſumus in caſu, quia odor non ſumitur, vel niſi intelligat ſumptionem tabacchi moderatam, & ita ſentit nobiſcum.

Quæres IX. An ſumentes tabaccum in quocumque loco peccent mortaliter? Nonnulli ſicuti Philophraſti, ita & Nuolograſti auſi ſunt aſſerere vtentes tabacco peccare mortaliter. Verùm hæc doctrina eſt falſa, ſecus bona pars fidelium eſſet in ſtatu peccati mortalis, quod non videtur probabile, ergo, &c. Sequela eſt euidens, nam bona pars fidelium vtitur tabacco; & aliqui Prælati Regularium intenderunt illud prohibere, ſed non potuerunt: & alij nonnullas modificationes in modo ſumendi præceperunt, vt fuit Miniſter Generalis Fratrum Cappuccinorum.

Ego autem duo dicerem, primum, quod vſus ordinatus, & moderatus tabacchi nullo modo eſt peccatum mortale? imò ſi aliquis tabacco vteretur iuxta prudentiæ regulas, vt conſeruaretur ſanus in ordine ad ſer-

uiendum

uiendum Deo magis, & magis, infirmus enim nequit vſu vacare Dei ſeruitijs, ſicuti ſanus iſte talis non peccaret, ſed meretur propter ſanctum illum reſpectum ad diuinum ſeruitium.

Dicerem II. quod inordinatus, & immoderatus vſus tabacchi ſi multum nociuus eſſet vtenti, peccatum eſſet mortale: & ratio eſt, quia homo tenetur ſeruare ſuam ſanitatem ſub pęna capitalis culpæ, nec eſt Dominus ſuæ ſanitatis corporalis. At ſi non eſſet multùm nociuus, ſed parum, eſſet ſolùm peccatum veniale, & ratio eſt, nam non perderet multùm ſanitatis: patet quia vſus & inordinatus, immoderatus tabachi plura cauſat, & quidem grauia incommoda illo vtenti, nec dici poteſt oppoſitum, nam incommoda tandem apparent, & habetur experientia plurium qui ſunt ſtolidi, quaſi ex illo inordinato, & immoderato vſu tabacchi.

Quæres 10. An vſus tabacchi ante Miſſam ſoluat ieiunium naturale? Et quæſitum procedit de omni tabacco tam in puluere per nares, quam conciſo per maſticationem, & in fumo per tubulos hauſto. Circa hoc quęſitum non vna eſt DD. Theologorum ſententia; quarum prima docet ſoluere ieiunium naturale, ita Lezana in ſumma 99. regul. tom. 3. Verbo Euchariſtia quoad Regulares, n. 18. & alij, ſecunda opinio docet, eſſe indecens multùm, & quod hic vſus ſumendi tabaccum ante Miſſam eſſet plane ablegandus a ſacerdotibus, & miniſtris altaris, tanquam corruptela: ita Marchantius in reſolut. Paſtor. tract. 4. in Append. ad c. 2. Immo Diana p. 8. reſol. mor. tract. 7. miſcell. reſol. 3. conſuluit propter reuerentiam tanto ſacra-

mento debitam, vt a ſumptione tabacchi abſtineatur, maximè in folio per os, ob periculum illud traijciendi in ſtomachum. Et noſter Pater Paulus Franciſcus de Nigro in addit. ad Bull. p. 1. præſupp. 4. n. 32. hæc habet verba.

An Vſus tabacchi ante Miſſam ſit licitus? Vtuntur omnes communiter, & dicunt non eſſe illicitum, & præcipuè Hyſpanis. Ego autem laudarem contrarium, quia ſępiſſimè deſcendit in guttur, & videtur potius irreuerentia; & video timoratos ſcrupulizare; ita P. de Perynis. Hæc P. de Nigro. Tertia ſententia docet, vſum tabacchi ante miſſam non frangere ieiunium naturale; ac per conſeguens non eſse peccatum mortale: Ita Auerſa de Euchariſtia quæſt. 8. ſect. 8. §. 3. & 6. Paſqualigus in praxi de Ieiunio deciſ. 438. Marchantius loco cit. Diana p. 5. reſol. mor. tract. 13. miſcell. reſol. 1. & loc. cit. Leandrus de Sacramentis tom. 1. in rigore loquendo non diſcedit a ſententia, quam alibi docuit: hanc opinionem affirmatiuam tuetur Antonius Eſcobar. in Theolog. mor. tract. 7. exam. 6. 1. 5. n. 62. & probabilem docet Machadus tom. 1. lib. 2. p. 4. tract. 8. docum. 4. a n. 3.

Ego autem dicerem I. quod abſolutè loquendo vſus tabacchi quocumque modo ſumatur tabactus non frangit ieiunium naturale: & huius Doctrinæ ratio videtur eſſe ſatis bona illa, quam affert Marchantius loc. cit. nam nequaquam violat ieiunium naturale tabacchi vſus niſi cum per os accipitur, ac in ſtomachum transmittitur, nam in iſto euentu videtur eſse ſumptio per modũ cibi: & quamuis fumus tabacchi per os ex tubulo hauriatur,

nihilominus nequaqnam accipitur per modum cibi, vel potus; nam non propterea accipitur, vt per ſe, ac ex intento, & voluntate traijciatur ad ſtomachum manducando, aut bibendo, quod eſt proprium ſub formalitate cibi, aut potus accipere; quin potius è naſo videtur egredi. At Licet concedatur, vt nonnulli volunt, quod aliquid fumi traijciatur in ſtomacum; nihilominus magis hoc effici videtur per modum reſpirationis, ſeù a virtute reſpiratiua quàm per aliquam actionem; quę dicatur eſſe manducatio, aut potus. Item quamuis concedatur aduerſarijs, quod virtute tabacchi humor aliquis commoueri poſſit in capite, qui forſitan ad ſtomacum deſcendere queat [vt videtur ſentire P. de Nigro, & non eſt improbabile) nihilominus nequaquam dici poteſt commeſtio. Propterea ſi rigoroſè, ac per ſe loquendum ſit; talis vſus de ordinario non poteſt impedire; quaſi rumpens ieiunium naturale, & ratio eſt, quia ad ſolutionem huius ieiunij ordinariè duo exiguntur à Theologis, primùm ſumptio alicuius cibi, aut potus; ſecundum quod hæc ſumptio fiat per actionem commeſtionis, vel potationis, & conſequenter exigitur quod fiat traiectio per os ad ſtomacum propria actione vitali. Legendus eſt Eminentiſſimus Lugus de Euchariſtia diſput. 5. ſect. 2. n. 28. & 33. confirmatur ex Doctrina, quam affert idem Eminentiſſimus loco cit. n. 31. quia ſi aliquis V. G. (vt interdum accidiſſe non dubitatur] ad occultandas monetas aureas, & ſecretè portandas in itinere, ill deglutiret, vt deinde integras, & ſaluas haberet, nas propterea frangeret Ieiunium Eccleſiaſticum, licet non

Digitized by Google

lam haberet neceſſitatem, ſed adhuc poſſet licitè hora ſolita prandere, vt ſi nihil manducaſſet, nam illa deglutio non iudicaretur cibus, at depoſitum intra corpus, vt in arca, vel burſa; & idem eſt aſſerendum ſi acum, aut filum ferreum vel globum plumbeum per errorem deglutiret. Igitur nomine cibi non veniunt niſi illa, quæ per ſe loquendo alterari queunt a ſtomacho, non illa, quę perinde ſunt in ſtomaco, ſicut Angelus in Aretijs, qui nequit a ſtomachi actiua virtute pati. Igitur talis materia ſicut non frangit ieiunium Eccleſiaſticum, ſic nec franget naturale. Et hęc Doctrina optimè poteſt applicari noſtrę materiæ, de qua eſt ſermo.

Dicerem II. quod vſus tabacchi moderatus, & ordinatus per horam, vel per dimidium horę ſaltem ante miſſam nullam ſecum affert indecentiam; imò multùm decens, nam multùm confert ad munditiam corporis, ex eo quod poſt purgationem narium magis diſtrictè loquitur, & legit ſacerdos illa, quę legere debet, item poſt aliquas ſternuta, & capitis purgationem, maiorem habet attentionem celebrans ad illa, quę debet attendere.

Dicerem III. quod illud periculum traijciendi in ſtomachum aliquid tabacchi in ore maſticati non eſt contra reuerentiam debitam tanto Sacramento: & huius Doctrinę ratio eſt, nam ſi aliquis ſacerdos celebraturus abluendo aqua os habet periculum deglutiendi parum aquę, & tamen periculum illud non eſt contra reuerentiam debitam Sacramento, & omnes Theologi docent quod qui abluendo os, deglutit guttam aquę non

frangit

frangit ieiunium, quia deglutio eſt per modum ſaliuę, cui admixta eſt; & habetur expreſsè in Miſſali par. 3. de defectibus in celebr. Miſſ. occuren. tit. 9. n. 3. Idem dicendum ſi lauando os deglutiatur ſtilla aquę prętér intentionem.

Dicerem III. quod parum refert ſi nonnulli timorati ſcrupulizant circa vſum tabacchi ante Miſsam; nam bonarum mentium eſt timere, vbi nullus eſt timor: nec eſt verùm, quod ſępiſſimè tabaccum deſcendit per guttur in ſtomacum, nam de fumo dictum eſt, de puluere negatur, & dato, quod deſcendat, eſt rariſſimè; Deglutitur per modum ſaliuę, vt Miſſale dicit de ſtilla aquę, & de cibi fruſtulo, quod remanſit poſt cęnam inter dentes, ac deſcendit caſu, & prętér intentionem.

Dicerem IV. quod ſi folium tabacchi in ore retentum in ſtomacum traijciatur integrum impedit celebrationem Miſſæ: ita Excobar loco cit. quem videtur ſequi Diana loco cit. & huius doctrinæ ratio eſt, nam ita deſcendit in ſtomacum actione commeſtiua, ac per modum cibi. At ſi deſcendat per accidens, & caſu, ac præter intentionem tantillum folij non impedit, vt dictum eſt in Miſſali de ſtilla aquæ, & docent Excobar, & Diana de reſolutione folij.

Obijcies in primis fundamenta Lezanæ, nam tabaccus verè eſt nutrimentum, vt patet ex pluribus experimentis, nam plures ipſo ſolo ſubſtentati ſunt; Verè etiam eſt medicina, quia hoc prætextu ſumitur: Sumitur etiam non caſu, ſed ex intentione, & propoſito, vt ſupponitur. Negatur negando, quod tabac-

cum

cum ſit alimentoſum, cum medicamentum purgans. Ad experientias quid reſpondendum ſit patet ex dictis; Et licèt ſumatur vt medicina, non inde infertur frangere ieiunium, nulla enim apparet connexio medicinæ cum fractione ieiunij naturalis, & ſi accipiatur ex intentione, & propoſito.

Obijcies II. Tabaccus in puluere ſumitur ſub ratione cibi, nam licèt accipiatur per naſum, nihilominus non tollit, quominus huiuſmodi actio dicatur eſſe commeſtio, & ſi non communis, & ordinaria, ſed extraordinaria, vt eſſet, ſi infirmo manducare per os non volenti liquor aliquis præberetur per naſum, & inde in ſtomacum traijciatur. Reſpondetur negando, tabaccum poſſe habere rationem cibi; nam licèt concedatur aduerſarijs, quod poſſit dari caſus in quo quis infirmus non manducaret per naſum, nihilominus actus iſte ſumendi tabaccum nullo modo poteſt dici commextio, nam nullo modo intercedit actio vitalis, vt intercedit in illa liquoris ſumptione per nares.

Hinc habes primum illud, quod etiam docet Lezana loco cit. nimirum non eſſe peccatum mortale, ac per conſequens non frangere ieiunium naturale. ſumere tabaccum in minima quantitate, non eſſe verum, nam vt patet ex dictis in ſumptione tabacchi, ſi eſt ordinata, ac moderata, tantillum enim tabacchi per nares ordinatè ſolet accipi: Quod ſi Lezana per minimum tabacchi intelligat odorem ipſius tabacchi non ſumus in caſu, de quo eſt difficultas; at ſi intelligat ordinatam ſumptionem ſentit nobiſcum, & ideo

Habes II. Quod ſumere tabaccum inordinatè, ac

immo-

immoderatè ante Miſſam eſt multùm indecens, & contra reuerentiam debitam tantò Sacramento, nam Sacerdos eſſet in continuo corporis motu, vel ſternutando, vel expuendo, vel eijciendo excrementa narium, vel lacrimando; & quaſi ſtolidus accederet ad altare; nec dici poteſt quod bene ſe expurgat, & mundat priuſquam celebret, nam præſuppoſito tali vſu inordinato, ac immoderato nares ſtant in continua ſuorum excrementorum purgatione, vt patet experientia in omnibus his, qui tabaccho immoderatè, ac inordinatè vtuntur.

Quæres II. An vſus tabacchi immediatè ante Miſſam ſit peccatum mortale? Si Sacerdos vtens tabaccho eſt ita conſuetus ad ſumendum tabaccum, vt ſemper continuo illud ſumat, & expertus eſt, quòd nequaquam illum excitat ad vomitum, vel ad eijcienda narium excrementa, neque multùm ſolet expuere nullum peccatum mortale committit; & ratio eſt, quia talis vſus nullam habet prauitatem moralem, neque vllam denotat irreuerentiam erga tantum Sacramentum, vt patet. Verùm ſi talis Sacerdos, qui ſtatim celebrare debet non eſt ita conſuetus ad ſumendum tabaccum, conſequenter nequaquam dicitur expertus de illa vomitus excitatione, neque de ſternutis, nec de corporis purgatione; neque de eiectione excrementorum è naribus, dicerem ego ſaluò meliori iudicio, cui me ſubmitto, quod non eſt excuſatus a culpa, & culpa erit grauis pro grauitate periculi, cui ſe exponit, vt inter celebrandum illi accidant ea, quæ dicta ſunt de vomitu, de ſternutis cũ eiectione narium excrementorum, de corporis purgatione,

ne,

ne, ac de alijs, quæ poſſent euenire contra reuerentiam debitam tanto Sacrificio: Et huius doctrinæ ratio eſt, nam talis tabacchi ſumptio habet prauitatem iſtam, nimirum non eſſe iuxta Religionem, quæ dictat, vt omnes celebrantis actus præſertim in actuali celebratione, ſint ad colendum Deum, qui cultus eſſe nequit cum immunditia corporis, quæ reperiretur, ſi talia euenirent accidentia celebranti. Adde quod hæc accidentia eſſent cum circumſtantium, præſertim ſimplicium graui ſcandalo, & perturbatione deuotionis, vel per riſum, vel per murmur, vt ſequi poſſent iuxta experientias extra Miſſam, cum ſumatur tabaccus.

Quæres XII. Cum aliquis obligatus ad recitandum Canoncicum Officium in actuali recitatione priuata, ſi vtatur tabacco, an peccet mortaliter? Præmitto pro reſponſione, quod iuxta probabiliorem ſententiã iſte talis teneretur recitare diuinum Officium cum interiori attentione ſub pœna culpæ capitalis, cum hęc recitatio ſit abſque dubio vera oratio, ad quam eſſentialiter attineat oratio, vt grauiſſimi ſentiunt Theologi, de quà doctrina alibi erit ſermo. Hoc præmiſſo

Dicerem primò, quod ſi ſemel vtatur tabacco, cum ſe periculo exponat ad perdendam attentionem per parum temporis, peccatum erit veniale, & eius doctrinæ ratio eſt, nam excuſaretur a prauitate amiſſionis attentionis debitæ ad recitandum Officium Diuinum a peccato mortali.

Dicerem II. Quod ſi pluries vtatur tabaccho, maxime cum narium ſtrepitu in ſumptione non excuſarem a peccato mortali: & ratio eſt, nam moraliter loquendo vi-

do videtur eſſe impoſſibile, vt debitam habeat interiorem attentionem iſte talis in recitandis Horis Canonicis, experto credendum eſt.

Stantibus dictis non dubitarem aſſerere quod habentes cognitionem de tali voluntate Pontificis, poſſent, ſi non puniri grauiter a Sancta Inquiſitione, ſaltem grauiter reprehendi: quia qui ſcit voluntatem Sanctam, ac zelantem Summi Paſtoris, & Chriſti Vicarij, & illam contemnit, implicicitè, vel explicitè redditur ſuſpectus de infidelitate; nam operantes externè, & ex malitia contra præceptum Pontificis, & pręcipuè quando tranſgreſſori eſt impoſita pœna culpæ grauis, & excomunicationis: tales ſe oſtendunt, etenim vel credunt Pontificem hoc facere poſſe, & ſic contrafacientes illum deſpiciunt; vel non credunt tale præceptum imponere poſſe, & ſic negant eius auctoritatem, quod dicit infidelitatem, nam idem valet de hac Bulla, ac de alijs in ſimilibus materijs ſpectantibus ad decorem Eccleſiæ, & fidei noſtræ. Colligo arguiticue ex Farinaccio de conſult. quæſt. 135. n. 43.

Verum eſt quod non impedientes non incurrunt, quia ad hanc Bullæ prædictæ Vrbani, & Innocentij non ſe extendunt; dummodo non teneatur ex iuſtitia impedire, videatur idem Farinacc. de inditijs, & tortura, quæſt. 51. n. 26. Secus verò ſi ex iuſtitia teneatur abiurare inobedientiæ Bullæ Summorum Pontificum reſpicientibus cultum, & honorem Eccleſiæ, & Sacramentorum, vt in caſu noſtro videatur Suarius de cęnſuris diſp. 45. ſect. 4. n. 5. verſ. dico 2. Henriquez in ſumma lib. 14. cap. 12. Sayrus de cęnſuris lib. 7.

 cap.

Digitized by Google

cap. 4. n. 3. Corinch. de ſacramentis diſp. 18. dub. 7. n. 71. Bonaccina de cenſuris diſp. 7. quæſt. 4. ratio eſt quia non obſtans moraliter influit, vt alibi dixi; in hac re tamen, ſicut in alijs a me dictis, me remitto ſapientioribus, ac peritioribus Scriptoribus, ſed præcipuè iudicio infallibili Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, pro cuius amore libenter meum ſanguinem effunderem.

APPENDIX.

Aliqua Adminicula ponuntur contra Blaſphemantes.

1. PRimò contra proferentes propoſitiones hæreticales, ſcandaloſas, vel temerarias, tam in paleſtris argumentationum, quàm in concionibus, aut in Confeſſionibus audiendis, vltra pœnas impoſitas a Summis Pontificibus debent Inquiſitores ſua charitate operari, vt dictæ perſonæ tollant ſcandalum ſeminatum proprio ore coram malè informatis, vel edoctis a ſimilibus perſonis, ita Franciſcus Leo in Theſauro Fori Eccleſiaſtici par. 1. cap. 8. n. 12. Flour. Cerub. ſcol. 2. ad conſtitut. Pauli III. Campanil. in diuerſis Iur. Canonic. rubric. 12. cap. 13. n. 21. Zanardus in ſumma diuinor. præceptor. par. 1. rub. de Inquiſitore quæſt. 54. verſ. 2. Noto quod

2. Et ſi ex vi citatæ Bullæ Ordinarij locorum ſunt Iudices Sedis Apoſtolicæ delegati, vt ait Trident. ſeſ. 5. cap. 2. verſ. iiſi verò. Inquiſitores tamen in hoc ſunt æqualis facultatis. Si verò diteminatores talium propoſitionum Laici eſſent; tunc Inquiſitores ſunt Iudices

delegati

delegati Sanctæ Sedis. Ordinarij verò. Iudices Ordinarij cum facultate ordinaria ſibi de iure competenti, & ſi tales propoſitiones proferentes ſint viri docti, procedendum eſt ea via, qua contra hæreticos, vt dixi in Cap. de hæreticis ſupra: Non ſic ſi ſint viri ignari, aliàs probatæ vitæ.

3. Si verò propoſitiones prædictæ non erunt contra articulos Fidei omnibus notiſſimæ, V. G. contra articulum Incarnationis, Virginitatis Deiparæ, &c. Si ſit perſona rudis, & aſſerat credidiſſe ſe tales propoſitiones, non eſt ſtatim cogendus ad abiurandum de formali, niſi correctus ab Inquiſitore, vel Ordinario, vel comulatim ab vtroque pertinax exiſteret in aſſertione talium propoſitionum; ſufficit namque, vt promptus ſit corrigi, & abiuret de leui, vel de vehementi pro modo ſuſpicionis.

4. Si verò quis, quod Deus auertat, crederet quod dœmon in ſortilegijs violentare poſſet hominis voluntatem, & hoc pertinaciter aſſereret, debet peractis peragendis ab Inquiſitoribus abiurare de formali. at ſi paratus iſte ſit corrigi ſatis erit ſi abiuret de vehementi, vt dixi in Cap. de ſortileg. Vide Alphonſum à Caſtro, Binsfeld. l. eorum c. de malefic. & mathem. quæſt. 2. concluſ. 4.

5. Quando verò propoſitiones ſunt dubiæ, debet proferens illas ſecundùm illarum verum explodere in publico, ſi publicè illas protulit, priuatim, ſi illas priuatim pronunciauit, obſeruandum eſt tamen ab Inquiſitoribus quid ſit de eius fama, vita, & moribus, & ſi auditores talium propoſitionum ſcandalizati ſint,

& ſenſum illarum intellexerint, & retinuerint; & ſi non poſſint cogi ad abiurandum, ſaltem cogi debent ad reuocandum dictas propoſitiones, & ſuum errorem deteſtandum, pro ut ait Extrauagan. Vas elect. de hæret., & traditam per Ludouicum a Paramo d. n. 174. vbi quaplurimos allegare habet Scriptores.

6. Hæc quæ dixi, quibus Deo gratias agens finem impono, omnia ſubmicto correctioni, & iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, & cenſuræ Sancti Tribu nalis, & aliorum, vt iuſtum eſt, &c.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM,

SIVE VTLTIMVM.

De Aduocato Reorum.

1. NOto hic pro Aduocato Reorum in Sancta Inquiſitione, quod multum aduertere debent tàm pro Reis, quàm pro Fiſco, ad præſumptiones, pro vt in Bulla Pij V. ſuper illa verba, per claras probationes,&c.etenim per talia verba,preſumptiones non excluduntur, nam præſumptio coniecturalis eſt euidens probatio, tàm ad defenſam rei, quàm contra ipſum, vt videre eſt apud DD. cum de probationibus. Tenet Merenda lib. 5. cap. 29. n. 11. & ſeqq. & lex de prob. nil loquens debet intelligi etiam de preſumptionibus, vt poſt Bero. in Rubric. n. 47. verſ. Si vero a lege in caſu pulcherrimo. Eugen. conſil. 82. n. 24. vol. 1. Vnde Bulla citata non excludit præſumptiones; Et hoc non ſolùm in preſumptionibus legis, & iuris, ſed

etiam

etiam in præſumptionibus perſonæ, quando præſumptio eſt momenti alicuius, nempe perſona accuſata eſt bonæ famæ, & alicuius eſtimationis apud Ciuitatem, vel locum; Econtra accuſator, vel teſtes ſunt malæ famæ, & vitæ, tunc pro reo ſtat præſumptio nnocentiæ eius, ſicut a contrario præſumptio malitiæ, probat contra accuſatorem, & tales teſtes. Bero. vbi ſupra n. 42. & ante ipſum Baldus in addit. ad ſpecul. in titulo de præſumptionib. §.Septies, in verbo an præſumatur præſumptio, habetur etiam Text. in lege licet Imperator de legib. 1. Merenda ſupracitatus ibid. n. 20. quia præſumptio grauis eſt probatio clara.

2. Vnde Pat. Reuerendiſs. Inquiſitor aduertere debet multum, quæ perſonæ ſint denunciantes, & denunciatæ, etenim aliquando denunciantes ſunt perſonæ malæ vitæ, & præcipuè in materia ſollicitationis. Multum pede tento currendum eſt, quoniam cum iſtę, vt plurimum eam perdiderunt [vt ita dicam] animam, & famam, de aliena non curant, & pro lucro aliquando ad inſtantiam aliorum, Confeſſarium innocentem accuſant, propterea ego iudicarem optimum eſſe, vt ipſi Patres Inquiſitores prius de qualitatibus accuſati, & accuſantis per viros bonos de vtraque perſona informationem ſecretam acciperet. Iuxta ritum Inquiſitionis Supremæ Hyſpaniarum; Etenim fama bona ſufficit ad ſubleuandum innocentem, ſicut mala ad reum torturandum tenet Franciſcus Giſlerius in ſua practica criminal. cap. 18. titulo de fama num. 39. Gandinus tract. de malephicijs in rubrica a quo, vel a quibus poſſit incipere fama num. 12. Duenas in d. Reg. 301.

limit. 3. Vide quæ dixi in Capite de libris prohibitis num. 3.

3. Addo, quod bona fama eſt tanquam compurgatio; Sicut mala fama probatio ſi non plena, ſaltem ſemiplena delicti, deduco ex c. Presbyter 2. quæſt. 4. & toto titulo de purgatione canonica: vnde crederem, quod perſonæ bonæ famæ ſufficeret pro ſui iuſtificatione iuramentum, quo iurat ſe eſſe immune a delicto, de quo accuſatus eſt, ita in c. Accepimus extra de purgatione Canonica, & ex c. Si quis vidua, L. diſt. & 2. quæſt. 5. cap. Auditum, & cap. Quoties extra eodem titulo, reſpiciendum eſt tamen ſemper ad qualitatem perſonæ Abbas in cap. 1. de purgat. canonica ſecundùm qualitatem delicti, & quantitatem, vt 2. quæſt. 5. cap. Omnibus multa alia poſſe hìc abducere, ſed illa relinquo breuitatis cauſa, tanto magis, quod hanc rem tetigi cap. 21. De falſis teſtib. &c.

4. Hæc omnia multum aduertere debent Aduocati reorum huius Sancti Tribunalis, qui valde has cauſas obſeruare debent, & diligenter tractare ad hoc, vt veritas eluceſcat, & reus potiatur Beneficijs huius Sancti Tribunalis, & cum tamen quam plurimi Aduocati eo in genere videantur excellere, nihilominus proculdubio primos ante alios tenere videtur Excellentiſs. & Eruditiſs. Dom. Meus Ioſeph Bonauentura Excellentiſs. Dom. Vincentij del Teglia Filius Iuris V. Conſultus, qui viginti quatuor Anorum ſpatio, cum mira integritatis ſuæ pietatis, atque doctrinæ exempla præbuerit, quique vel ad tollendas pœnas ad innocentium tutelam, vel ad eas temperandas ad reorum leuamen cum prudenti, & effi-

& efficaci eloquio, aſſiduoque labore in hoc Sancto Tribunali, cauſas magna cum laude dixerit; in illud nos inducit, vt diuturnam illi vitam ad maiorem Sanctæ Fidei gloriam Cœlitus adprecemur.

F I N I S.

APPRO-

Digitized by Google

Digitized by Google

APPROBATIONES

FR. BERNARDINVS A FVSCALDO ORDINIS Minimorum Colleg., & per vniuerſam Italiam Vicarius Generalis &c.

Libellus, cuius titulus, Opuſculum de iuſto Iudidice Sanctæ Inquiſitionis, ab admodum R. P. Ioanne Baptiſta Neri, noſtri Ordinis Minimorum, Lectori Iubilato, Prouinciæ Tuſciæ olim Prouinciali, & ad præſens Definitori, Elucubratus, vt præuijs duorum, eiuſdem Ordinis noſtri Sacræ Theologiæ profeſsorum à R. Admodum P. eiuſdem Prouinciæ noſtræ Tuſciæ Prouinciale deputandorum, examine, & approbatione, atque aliorum ad quos ſpectat, facultate, typis mandari poſſit, licentiam, præſentium vigore concedimus. Datum in hoc noſtro Sancti Andreæ de frattis Conuentu hac die 8. Iulij 1684.

Fr. Bernardinus a Fuſcaldo
Vicarius Generalis &c.

NOS F. IOANNES LAVRENTIVS CORRADI Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula in Prouincia Etruriæ Corrector Prouincialis. R. Admodum P. Io: Baptiſtæ Neri Lectori Iubilato, ac Prouinciæ noſtræ Tuſciæ olim Prouinciali, & ad præſens Definitori ſalutem.

Viſis R. Admodum P. Vicarij Generalis Italiæ Bernardini à Fuſcaldo patentibus litteris, prout eas nobis exhibuiſti. Dat Romæ Anno 1684. die 8. Iu-

lij, quibus idem R. Admodum P. tibi permiſit, vt libellum per te enucleatum typis committas petitioni tuæ qua nunc poſtulas aſsignari tibi à nobis duos ex noſtris Theologis, qui, ſicut iubet prædictis ſuis litteris ipſe R. Admodum P. examinent dictum tuum libellum, cuius Titulus Opuſculum de iuſto Iudice Sanctæ Inquiſitionis libenter annuimus, & ad eum effectum aſsignamus RR. PP. Fælicianum Baſſanum, Sacræ Theologiæ Lectorem, & Hyacinthum Vezzonum Theologum, ac Lectorem Philoſophiæ. In quorum fidem. Dat. in Conuentu noſtro S. Ioſephi Ciuitatis Florentiæ hac die 20. Iulij 1684.

Fr. Io: Laurentius Corradi Prouincialis, &c.

NOS F. F. FELICIANVS BASSANVS ORDINIS Minorum Sacræ Thæologiæ Lector, & Hyacintus Vezzonus Theologiæ Profeſſor ac eiuſdem Ordinis Philoſophiæ Lector.

De mandato R. A. P. Noſtri, P. Ioannis Laurentij Corradi Thæologi in Prouincia Tuſciæ Prouincialis, iuxta Ordinem ſupra relatum R. A. P. Vicarij Generalis Bernardini à Fuſcaldo; vidimus reuoluimus, ac bene inſpeximus totum hunc libellum cuius titulu Opuſculum de iuſto Iudice Sanctæ Inquiſitionis ab A. R. P. Ioanne Baptiſta Neri Lectore Iubilato olim Prouinciali, ac Tuſciç Prouinciæ Deffinitore in quo cum omnibus rectæ cōſideratis, & perpenſis nihil ſit quod aduerſetur Fidei ortodoxe vel a Bonis moribus

ribus auertens imo Sanctam, & Catholicam Doctrinam contineat, & ad publicum bonum valde conducat: Ideo ex omni Capite dignum exiſtimamus tijpis mandandum. In quorum fidem. Dat in hoc Conuent. S. Ioſephi Ciuitatis Florentiæ hac luce 25. Iulij 1684.

Fr. Felicianos Baſſanus qui ſupra Sacræ Theologiæ Lector.

F. Hyacinthus Vezzoni Theologus ac Philoſophiæ Lector.

Admodum R.P. F. Dominicus Maria Brancaccini Ordidinis Seruorum B. M. V. videat librum & inſcriptis referat.

Dat. a 7. Luglio 1684.

Alex. Puccius Vic. Gen. Flor.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Domine. Vt imperata Dominationis veſtræ, debito compleantur obſequio: Opuſculum cui titulus eſt: De Iudice Sanctæ Inquiſitionis, ab Admodum Reuerendo Patræ Fratre Ioane Baptiſta Neri, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, Sacræ Theologię Lectore Iubilato, ac iuris Canonici Profeſſore compilatum, ſedulo diſcuſſi, ac vndique animaduerti, & cum in eo nihil, quod pias, & honeſtas torqueat aures; bene tamen ſana eruditione quod plurimum oblectet, compererim, publicæ vtilitatis ergo typis mandandum omnino cenſeo Florentiæ e Conuentu D. Annunciate. Die 3. Aug. 1684.

Ego Fr. Dominicus Maria de Brancaccinis Ordinis Seruorum B. M. V.

Imprimatur ſeruatis ſeruand.

Alex. Pucius Vic. Gen. Flor.

AD

AD REVERENDO PADRE LECTOR BLASIVS Ordinis Minimorũ S.Franciſci de Obſeruantia Conſultor huius S.Off. Flor. diligenter videat, & perlegat librum hunc, cui titulus eſt De Iudice Sanctæ Inquiſitionis poſitum ab admodum R. P. Fr. Io: Baptiſta Neri Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, & ſi quid inuenerit quod ſit Sanctæ Fidei Cat. contrarium atque bonis moribus referat. Dat. ex edibus S. Off. Flor. Die 28. Auguſti 1684. Reuerendiſs. P. Fr. Franciſcus Aug. Gambaroua Mininorum Conuentu S. Franciſci Cancell. S. Franciſci Florentiæ.

Cum Opuſculum de Iudice Sanctæ Inquiſitionis ab Admodum R. P. Fr. Ioanne Baptiſta Neri, Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula Sacræ Theologiæ Lectore Iubilato, ac Iuris Canonici Profeſſore compilatum accuratè luſtrauerim, nihil Fidei noſtræ Catholicæ, ac morum honeſtati obuium habui. Imò, cum ſana, valdeque proficua Doctrina polleat, in publicam vtilitatem eum typis exponere (ſi Patri T. Reuerendiſsimæ videbitur) cenſerem. E Conuentus Omnium Sanctorum die 30. Auguſti 1684.

Gr. Blaſius de Dulci Minimorum de Obſeruantia & S. Offici Conſultor.

Attenta ſupradicta Ateſtatione
Imprimatur die 31. Auguſti 1684.
Fr. Franciſcus Auguſt. Gambaroua Cancell. S. Off. Flor.
Ruberto Pandolfinus Senat. Sereniſs. Magno Ducis Audit.

SY-

Digitized by Google

SYLLAB.

CAPITVLORVM HVIVS OPVSCVLI.

CAPVT I. De Hæreticis prȩuentis, pagina 1.
CAPVT II. De Hæreticis ſponte cōparentibus pag. 7.
CAPVT III. De Fautoribus Hæreticorum, pag. 8.
CAPVT IV. De Suſpectis de hæreſi ſponte comparentibus, pag. 17.
CAPVT V. De ſponte comparentib. qui de hæreſi ſunt prȩuenti, pag. 20.
CAPVT VI. De Polygamis, pag. 22.
CAPVT VII. De Confeſſarijs ſollici-

tantibus in Confeſſione Sacramentali. pag. 27.
De Reuelantibus Confeſſionem pœnitententium Appendix, pag. 62.
CAPVT VIII. Aliqua dubia proponuntur circa inquiſitorum præuentionem, pag. 62.
CAPVT IX. De Sortilegijs, pag. 65.
CAPVT X. De Blaſphemantib. pag. 76.
CAPVT XI. De Retentoribus librorum prohibitorum, pag. 80.
CAPVT XII. De Edentibus carnem in diebus prohibitis, pag. 85.
CAPVT XIII. De illis, qui malè loquuntur de Excomunicationibus, pag. 87.
CAPVT XIV. De Inſordeſcentibus in Excommunicatione, pag. 88.
CAPVT XV. De Celebrantibus Miſſam, & adminiſtrantibus Sacramentum Pœnitentiæ cum Sacerdotes non ſint, pag. 92.
CAPVT XVI. De illis, qui ſe pre-
ſentant

ſentant ſponte in Sancto Tribunali antecedenter præuenti, pag. 94.
CAPVT XVII. De his, qui negant Sanctiſſimam Trinitatem, Diuinitatem Chriſti, Conceptionem eius ex Spiritu Sancto, Mortem eius ob noſtram redemptionem, ac Virginis Mariæ Virginitatem, pag. 95.
CAPVT XVIII. De illis, qui incurrunt in errorem protegendi Hæreticos, vel de hæreſi ſuſpect. pag. 97.
CAPVT XIX. De illis, qui contrafaciunt Conſtitutioni Pauli V. Glorioſæ Memoriæ, pag. 98.
CAPVT. XX. De Iudeis, & Infidelibus, circa delicta eorum ad S. Inquiſitionem ſpectantia, pag. 108.
CAPVT XXI. De Falſis Teſtibus, pag. 118.
CAPVT XXII. De Confrontatione Teſtium, pag. 120.
CAPVT XXIII. De Tortura danda Reis, pag. 121.

CAPVT XXIV. Aliqua Documenta generalia traduntur, pag. 123.
CAPVT XXV. Inſtructio pro formandis Proceſſibus in cauſis Strigium, Sortilegiorum, & maleficiorum, pag. 129.
CAPVT XXVI. In quo aliqua curioſa, & neceſſaria, ac ſcitu digna circa Bulla Vrbani VIII. Pontificis Summi circa prohibitionem de non ſumendo Tabacchum in aliquibus Eccleſijs, nec in Foribus earum, ſiue Atrijs, Sacriſtijs, &c. pag. 143.
CAPVT XXVII. ſiue vltimum, de Aduocato pro Reis defendendis in Sancta Inquiſitione detentis, & quomodo ſe gerere debeat in eorum defenſionibus.
Appendix contra Blaſphemantes poſt Caput 26.

SY-

SYNOPSIS

Rerum notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

A

ABiuratio Hæreticorum, ſi fatentur adheſiſſe, &c. fiat de formali, conſiderata circumſtantia delicti, & perſonæ cap. 1. n. 1. pag. 2.

Ad probandum contra Hæreticos ſufficiunt minores probationes, quàm in alijs caſibus cap. 1. pag. 6. n. 76.

Addentes ſollicitationi, tale nefas non eſſe peccatum, quomodo tractandi ſint in S. Tribunali cap. 7. pag. 50. n. 45.

B

Bona condemnatorum de crimine hæreſis quomodo diſponenda ſint à Sancto Tribunali cap. 1. pag. 5. n. 12. 13. & 14.

Blaſphemantes, qui ſint cap. 10. pag. 66. n. 1. & 2. & quomodo S. Inquiſitio procedere debet contra iſtos, ibidem à n. 3. uſque ad 8. incluſiuè.

C.

Conuinctus de hæreſi quomodo in S. Tribunali tractandus ſit cap. 1. pag. 4. a n. 9. vſque ad 12.

Confeſſarius quomodo ſe gerere debeat contra fautores hæreticorum cap. 3. pag. 16. n. 19. & 20.

Confeſſarius ſollicitans mulierem, vel alium in Confeſsione Sacramentali, quis dicatur, & quid veniat nomine ſollicitationis cap. 7. pag. 27. n. 1. incurrunt etiam non inchoatis actibus ibidem.

Confeſſarius non eſt neceſſe, vt actus compleat ibidem.

Confeſſarius ad hoc, vt dicatur ſollicitans ſufficit, vt agat verba, vel actus obſcenos tam ante, quàm poſt confeſſionem, dum mulier manet in confeſsionario, &c. vel alius, &c. ibidem.

Celebrantes Miſſam, & adminiſtrantes Sacramentum Pœnitentiæ non Sacerdotes, quomodo puniendi cap. 15. per totum pag. 92.

Confeſſarius pro alijs ſollicitans in Confeſsione Sacramentali cap. 7. pag. 27. n. 1.

Confeſſarius dans Pœnitenti in confeſsionario donum non ſolitum incurrit, &c. cap. 7. n. 2. pag. 27. etiam ſi ſententia contraria ſit.

Confeſſarius dans in confeſsionario mulieri, vel iuueni quantitatem pecuniæ ad paupertatem eius tantum ſubleuandam non incurrit, &c. ibidem n. 4. & præcipuè quando Confeſſarius in hoc ſe explicat totum facere ob meram charitatem.

Confeſſarius non dicitur ſollicitans ſi det alicui fœminæ, &c. in Confeſsione aliquas paruas deuotiones, ibidem.

Con-

Confeſſarius laudans pulchritudinem pœnitentis in actu Sacramentali Confeſsionis, incurrit, ibidem, n. 5. per totum; vbi multa conſiderantur, etiam n. 6. ibidem.

Confeſſarius interrogans mulierem, quæ habuit rem cum aliquo, an extra, vel intra vas an incurrat, vide ibidem n. 7.

Confeſſarius dicens in actu Sacramentalis Confeſsionis te amo, vt ſororem meam, an dicatur ſollicitans, ibid. n. 8.

Confeſſarius dicendo verba turpia in confeſsionario, etiam ſi fingat confeſsionem incurrit, ibid. n. 9. pag. 31.

Confeſsarius ad incurrendum in pœnas contra ſollicitantes fulminatas per Bullas, non habet paruitatem materiæ ibidem n. 10.

Confeſſarius tradens epiſtolam amatoriam in confeſsione legendam a pœnitente, ſiue in confeſsione, ſiue poſt, incurrit ibidem n. 11. quod idem dicendum eſt de lenocinio ibidem n. 12.

Confeſſarius, qui mulierem venientem ad illum, vt faciat ſuam confeſsionem, etiam ſi ante quam de confeſsione tractent, nec illam a confeſsione diſuadeat, incitando illam ad turpia, incurrit cap. 7. pag. 33. n. 13.

Confeſſarius ſollicitans mulieres, vel alios in alijs Sacramentis non incurrit cap. 7. pagina 34. n. 15.

Confeſſarius ſollicitans filiam ſpiritualem poſt longum tempus ante confeſsionem, vel illa peracta non incurrit, ibidem n. 14. nec Inquiſitores contra illum ob hanc cauſam procedere poteſt, ibidem.

Confeſsarius ſollicitans mulierem, ſiue alium, tam in actu Sacramentalis Confeſsionis, quàm immediatè ante, quàm immediatè poſt, eſt ſuſpectus de hæreſi, tam ante

Bullas,

Ballas, quàm poſt cap. 7. pag. 35. n. 18.

Confeſſarius, qui conuentionem fecit cum muliere de turpibus peragendis extra confeſsionem ſi deinde in domo mulieris illam ſollicitat non eſt denunciandus, cap. 7. pag. 47. n. 48.

Confeſſarius ſollicitans in actu Sacramentalis Confeſsionis, etiam ſi facta fuerit correptio fraterna, eſt denunciandus cap. 7. pag. 47. n. 41.

Confeſſor, qui ſtatim poſt ſollicitationem pœnitet ſe peccaſſe, denunciandus eſt, cap. 7. pag. 47. n. 48.

Confeſſarius prauentus per duos teſtes, ſi ſponte compareat quomodo ſit agendum cum illo, cap. 8. n. 1. & 2.

Confeſſor, vel alius accuſatus, V. G. in Sancto Tribunali Florentiæ, at delictum eſt Piſis patratum, quiſnam ex duobus Inquiſitoribus eſſe debet Iudex, cap. 8. pag. 63. n. 3. & 4.

D

Deuians a Fide Catholica corde, non verbo, neque facto, quid de illo faciendum ſit in Sancto Tribunali, cap. 1. pag. 6. n. 19.

Denunciare tenetur ille, qui audiuit a perſona fide digna aliquem confeſſorem ſollicitaſſe mulierem in Sacramentali Confeſsione, vel aliquem eſſe hæreticum, cap. 7. pag. 38. n. 25.

Denunciatio vnius mulieris contra confeſſarium bonæ famæ, an ſufficiat ad, &c. cap. 7. pag. 54. n. 56. 57. 58. 59. & 60

Delictum ſollicitationis per teſtes ſingulares an poſſit probari cap. 7. pag. 56. n. 61.

Denunciationes factæ inter Regulares contra ipſos, & ſuo

Superio-

Superiores a Subditis, an recipiendæ ſint in S. Inquiſitione, ſicut a Superioribus contra ſubditos ſuos, cap. 7. pag. 57. n. 60.
Damnati ad triremes à Sancta Inquiſitione non ſunt Irregulares, cap. 8. pag. 66.
Documenta aliqua generalia circa denunciationes, & denunciantes dantur, pag. 123. a n. 1. vſque ad 7. incluſiue.

E

Eminentiſsimi Cardinales Supremi Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis poſſunt procedere contra Epiſcopos, & alios Prælatos cap. 7. pag. 44. n. 33. Non ſic Reuerendiſs. Patres Inquiſitores, ibidem pag. 43. n. 32. quomodo ſe gerere debeant, quando adeſt accuſatio contra iſtos in Sancto Tribunali, ibidem.
Excuſantur a denunciatione in Sancto Tribunali illi, qui probabiliter putant ſibi maximum malum euenturum, cap. 7. pag. 52. n. 50. & 51. quod etiam valet in timore admiſsione bonorum, cap. 7. pag. 53. n. 52.
Edentes carnes in diebus prohibitis ab Eccleſia quomodo puniendi ſunt; cap. 12. per totum pag. 85.

F

Filij Hæreticorum quomodo tractandi ſint in Sancto Tribunali, cap. 1. pag. 5. n. 15.
Filij Hæreticorum tam Patris, quàm Matris ſponte comparentes, quomodo tractandi ſint, cap. 2. pag. 7. n. 2.
Fautores Hæreticorum, qui dicantur, & quot modis tales dici poſsint, & quomodo contra iſtos procedendum ſit, cap. 2. & 3. per totum pag. 8. a n. 1. vſque ad 20.

H

Hæretici poſitiui quales ſint, qualeſque negatiui, cap. 1. *pag.* 1. *n.* 1. *& pag.* 3. *n.* 1.

Hæretici impœnitentes tranſactis terminis aſsignatis illis ad ſe pœnitendum traduntur brachio ſeculari, cap. 2. *n.* 2.

Hæretici defuncti poſſunt proceſſari, ſicut de hæreſi ſuſpecti, cap. 1. *n.* 17.

Hæreticus ſponte comparens quis ſit, & quomodo ſit recipiendus in Sancto Tribunali. c. 2. n. 1.

I

Iudæi errantes in ijs in quibus cum Chriſtianis conueniunt quomodo tractandi ſint a Sancta Inquiſitione c. 20. *pag.* 108. *n.* 1. 2. *& per totum C. citatum, multa inuenies de illis.*

Inuocatio Dæmonum, diſtinguenda eſt, & quomodo tales Dæmonum inuocatores tractandi ſint in Sacro Tribunali Inquiſitionis c. 1. *pagin.* 6. *n.* 20.

Inquiſitores debent plura attendere in caſtigatione Confeſſariorum ſollicitantium c. 7. *Inſordeſcentes in excomunicatione, qui dicuntur, & quid de illis faciendum c.* 14. *pag. n.* 88. *a n.* 1. *vſque ad* 6. *incluſiue.*

Inſtructio pro formandis proceſſibus in Sancto Tribunali, & precipue in Cauſis ſtrigium Sortilegiorum, ac maleficiorum c. 25. *pagin.* 129. *a n.* 1. *vſque ad* 27. *incluſiue.*

L

Laicus, vel Clericus, fingens ſe eſſe confeſſarium ſollicitans mulierem in Confeſſionario non incurrit, &c. c. 7. *pagin.* 39. *num.* 25. *denunciandus tamen eſt tamquam de hæreſi ſuſpe-*

Digitized by Google

ſuſpectus cap. 7. pagin. 4. num. 26.

Libros prohibitos retinentes quomodo tractandi ſint in S. Tribunali c. 11. à n. 1. vſque ad 10. incluſiue pag. 8.

M

Mitius puniuntur Rei Sanctæ Inquiſitionis, qui a principio ſuum errorem fideliter fatentur, quam qui poſt publicationem teſtium c. 1. pagin. 2. n. 2.

Mulier ſollicitata poteſt abſolui a confeſſario dummodo parata ſit ſollicitantem confeſſarium denunciare c. 7. pagin. 48. n. 42.

Mulier magia trahens confeſſarium ad amorem erga ipſam, qua mediante magia Confeſſarius non amictit prudentiam ſi ipſum Confeſſarius ſollicet in confeſſione denunciandus eſt c. 3. pagin. 53. n. 54.

Confeſſarius a magia mulieris, ſi perdit prudentiam, ſollicitans non eſt denunciandus ibidem.

Male loquentes de excommunicationibus quibus penis ſubdantur c. 13. pagin. 87.

N

Negantes Sanctiſſimam Trinitatem, diuinitatem Chriſti, Conceptionem Virginis Mariæ, & alios articulos fidei quomodo in S. Inquiſitione ſint tractandi c. 17. pagin. 95. n. 1. & 2.

P

Procurator ſiue Aduocatus rei quid facere debeat c. vltim.

Protegentes hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos; de hijs vide c. 18. per totum pag. 97. n. 7.

Perquiſitio debet fieri de libris, ſcripturis, &c. c. 1. pagna 2.

Papa poteſt accuſari de Crimine hæreſi atque condemnari c. 1. pagin. 6. n. 18.

Polygamia qualis ſit, & quatuplex, & quomodo polygami condemnari debent c. 6. per totum.

Polygamus Conuinctus negans delictum quomodo tractandus, ibidem n. 6. vbi multa inuenies pagina. 25. & 26.

Polygami debent condemnari ad Triremes ſaltem per quinquenium, quibus tranſactis cum prima vxore redeant c. 7. pag. 24. n. 4.

Præuenctus in S. Inquiſitione quomodo tractandus ſit, etiam ſponcte comparens c. 16. pag. 49. n. 1. 2. 3. 4.

Præceptum denunciandi; delinquentes, in S. Tribunali obligat ſub letali culpa c. 7. pag. 35. n. 16.

Puellæ vero, & fæminæ nubiles ſollicitatæ, non tenentur denunciare immedite, bene tamen mediate, ſicut, & moniales c. 7. pag. 46. n. 38.

Proceſſus contra ſtriges quomodo formandi pag. 133. c. 25.

R

Reuelantes Confeſſionem Penitentium puniri poſſunt a Sancta Inquiſitione. Appendix pag. 62. n. 1. 2. & 3.

Relapſi abſque abiuratione bracchio ſeculari tradantur c. 1. pag. 2. n. 2.

Requiſita multa requiruntur ad condemnandum hæreticum negatiuum c. 1. pag. 3. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

Reuelare vnuſquiſque tenetur delinquentes in fide, vel de infidelitate ſuſpectos intra terminum præfixum, a decretis, & bullis Pontificijs Sacro Tribunali, alias eſt excommunicatus c. 7. pag. 37. n. 20.

Regularis Caſtigatus ob ſollicitationem a S. Tribunali, an

in-

Digitized by Google

inhabilis ſit ad officia , & dignitates vide c. 7. pag. 60. n. 27.

S

Sancta Inquiſitio formando proceſſum contra aliquam perſonam debet reſpipere,ad perſonā accuſatam,& ad accuſantem, claro oculo c. 7. pag. 49. n. 43. e pag. 19. n. 65.

Subornantes teſtes quomodo puniendi ; quid de illis agendum in S. Tribunali c. 21.

Suſpecti de hæreſi ſponte comparentes , qui dicantur , & quid faciendum de iſtis c. 4. pag. 17. per totum .

Suſpecti de hæreſi preuenti,qui ſint,& quomodo erga illos procededendum ſit c. 5, per totum , pag. 20.

Sacerdos carens Iuriſdictione delegata , ſollicitas . In locho Confeſſionis in curuit in pænas contra ſollicitantes latas c. 7. pag. 41. n. 28. quod idem dicendum eſt de interpetre confitentis , ibidem n. 27.

Sollicitans negans delictum torturandus eſt ,quid autem agendum ſit de illo vide c. 7. pag. 49. n. 44.

Sollicitata , vel ſollicitatus in confeſſione Sacraamentali , tenetur etiam cum ſuo Graui damo , denunciare ſollitantem , vel hæreticum vide c. 7. pag. 50. & 51. n. 48. & 49. contrarium tamen probabile eſt vide ibidem .

Sententia contra ſollicitantes an debeant legi pubblice , vel priuatim (ſuo modo] c. 7. pag. 58. n. 61. 62. & 63.

Sortilegi qui ſint c. 9. pag. 65. n. 1. & 2.

Sortilegi habentes pactum cum Dæmone tam explicitum , quam implicitum , quales ſint c. 9. pag. 66. n. 3. & 4.

Sortilegi quomodo a S. Inquiſitione tractandi ſint c. 9. pag. 67. n. 5.

Sorti-

Sortilegia quando facta ſunt ad beneuolentiam captandam, quid in hac re ſit agendum a S. Tribunali c. 9. pag. 68. n. 7. 8. & 9.
Sortilegia qualificata, quæ ſint, & quæ non qualificata non ſunt, quomodo a S. Inquiſitione conſideranda ſint cap. 9. pag. 7. a nu. 10. vſque ad 17. incluſiue.
Superiores regulares nullo modo ſe ingerant in Cauſis ſpectantibus ad Sanctam Inquiſitionem c. 19. pag. 98. a num. 1. vſque ad 22. incluſiue, vbi ad quantum Bulla Pauli V. ſe eſtendat videri poteſt.

T

Teſtium falſi quomodo puniendi ſint in Sancto Tribunali, quando ibi vel falſò accuſant, vel falſum aſſerunt c. 21. pag. 118. n. 1.
Teſtis pecunia Corruptus quomodo puniri debeat c. 21. pag. 119. n. 2.
Teſtes probantes in Sancto Tribunali exceptiones habere non debent c. 1. pag. 1. n. 1.
Teſtium confrontatio quomodo, & quando fieri debeat in S. Tribunali c. 22. pag. 120. per totum caput.
Tortura quando, & quomodo danda reis c. 23. per totum pag. 121.
Tabacchum ſumere in Eccleſijs, choro, atrio Eccleſiarum, & earum ſacriſtijs, vbi eſt prohibitio per Bullam Vrbani VIII. ſummi Pontificis ſit caſus ſpectans ad Sanctum Officium c. 26. pag. 141. per totum Caput.
Appendix aliqua adminicula proponuntur contra blaſphemantes.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

60

Digitized by Google